UNIV. OF
TORONTO
LIBRARY

L E C T O R I S.

ANTEQUAM, Lector, ad politiſſimi poëtæ politiſſimum poëma te dimittam, et ipſi et tibi æquum facturus videor, ſi paucis præmonuero, quibus præſidiis inſtructus ad hoc opus acceſſerim. Vellem, ne nimia à me expectes: nullos enim libros MSS. nullas editiones vetuſtiores, ſed ſolas *Maſvicii* et *Emmeneſii*, et aliam, cujus ætas non liquet, pertractare contigit, et, ſi aliquid de his rebus in operis decurſu prolatum fuerit, penes alios fides eſto. Sine amicis, ad quos dubius confugerem; ſine copiâ librorum, qui viribus meis opes ſubminiſtrarent; ad hoc utique munus exſequendum meo unius ingenio, quod ſentio quàm ſit exiguum, confiſus, ſtrenuè accingebar. Itaque candidum de conatibus meis judicium feras; et, ſi in profanis tibi videbor aliquis, ſpondere auſim me Sacris operam magis frugiferam dediſſe. Vale interim: et, ſi hæc tibi arriſerint — ſi perpetui angores corporis, quibus cruciatus ſum, et inſomnia perpetua, quæ me macerat, crudeles ſuos impetus aliquandò tandèm velint remittere; tuum erit et doctiora et utiliora efflagitare.

——————— *φαντι δ᾽ εμμεν*
τȣτ᾽ ανιαροτατον,
καλα γινωσκοντ᾽ αναγκᾳ
εκτος εχειν ποδα.

Dabam Nottinghamiæ XIX. Cal. Sept.
MDCCLXXXVII.

P. VIR-

P. VIRGILII MARONIS

GEORGICON.

LIBER I.

QUID faciat lætas ſegetes; quo ſidere terram
Vertere, Mæcenas; ulmíſque adjungere vites,

Ver. 2. Ulmiſque adjungere. Hæc eliſio conjunctionis *que*, quâ *Virgilius* tantoperè delectatur, et quæ in medio *quarti* pedis potiſſimùm ſolet fieri, an plus dignitatis aut ſuavitatis in poeſim ſuam importaverit, nequeo decernere. Illi certiſſimè deſunt aures, cui non contigit hanc elegantiam percipere: quam tamèn et *Ennius*, et numeroſiſſimus *Lucretius* ante noſtrum felicitèr aſſecuti ſunt. Si verò fuerint, quibus hæc parva videbuntur, ſecum velim ii reputent, an id, utcunque tandèm minutum ſit, pro parvo haberi debeat, quod commendando inſerviat artifici, in re omnium ſuaviſſimâ longè ſuaviſſimo. Nequè enim comparationem ſuam aliundè meliùs inſtituere potuit *Horatius*, ille optimus elegantiarum arbiter:

Das aliquid famæ, quæ CARMINE GRATIOR *aurem*
Occupat humanam?

Suas delicias ſibi quiſque habeat:

Μη μοι γαν Πελοπος, μη μοι Χροισοιο ταλαντα
Ειη εχειν· ———

Muſarum verò colloquio frui, et earum voces in imas animæ medullas demittere, concedatur.

 Con-

Conveniat; quæ cura boum, qui cultus habendo
Sit pecori; apibus quanta experientia parcis;

V. 4. Sit pecori; apibus—. Miſeret me in primis illorum, quibus omne rei metricæ judicium in digitorum extremitatibus ſitum eſt; quique *hiatum*, ſi Dîs placet, hujuſce verſûs interponendo τῳ *atque* conſarcire volunt:

Sit pecori; ATQUE *apibus*——

Fugit eos ſcilicèt vis *pauſæ* in *cæſurâ*, quæ non ſolùm eò volet, ut brevem ſyllabam producat; ſed etiàm vocalium concurrentium eliſioni ſubvenit: quarum rerum cum plurima ſint in *Marone* exempla vel pueris notiſſima, nihil prætereà monendum ducimus, niſi hòc præcipuè locum habere in *primâ ſyllaba pedis tertii*, atque etiàm interdùm fieri extrà cæſuram; ut in Æn. i. 413.

—parcis.—Ut erumpat à me vera vox, hoc epitheton *parcis* nunquàm mihi placuit, nec eſt *Virgilio* familiare. Prætereà vox præcedens—*experientia*—adeò ſatis indicat apis *indolem*, ut *parcis* jam frigidior veniat; nec ſatis decet exordii ſimplicitatem. Mallem equidèm refingere:

——*apibus* QUANTA *experientia* PARVIS:

et hæc eſt apta ſatis rei inſtitutæ commendatio, quòd animal tam *parvum* ſapientiam *tantam* manifeſtet. Neque alitèr ipſe noſter:

Admiranda tibi LEVIUM *ſpectacula* RERUM: Geo. iv. 1.
——*ſi* PARVA *licet componere* MAGNIS: v. 176.
——*regem* PARVOS*que Quirites*: v. 201.

Ita *Theocritus*:———— ὅτλιγε ΤΥΤΘΟΝ
Θηριον εντι μελισσα, και ἁλικα τραυματα ποιει: Id. xix.

neque alitèr in mellito carmine *Anacreon*, quod ex noſtrâ mente emendatius lectoris oculo ſubjïciemus:

Ερως ποτ᾽ εν ῥοδοισι
Κοιμωμενην μελιτταν
Ουκ ειδεν, αλλ᾽ ετρωθη
Τον δακτυλον· ΠΛΑΓΕΙΣΔΕ,
"Τας χειρος!" ωλολυξε.
Δραμων ΤΕ και πετασθεις
Προς την καλην Κυθηρην,
Ολωλα, ματερ, ειπεν·
Ολωλα, κἀποθνησκω.

Hinc

Hinc canere incipiam. Vos, ô clariſſima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum:

Οφις μ' ετυψε ΜΙΚΡΟΣ
Πτερωτος, ὁν καλουσι
Μελιτταν οἱ γεωργοι.
Αδ' ειπεν· Ει το κεντρον
Πονει το τας μελιττας,
Οσον, δοκεις, ΠΟΝΕΙΣ ΑΝ,
Ερως, ὁσους συ βαλλεις;

Sic elegans ſcriptor *Achilles Tatius* habet p. 77. Ed. An. 1640. ΠΛΗΓΑΣ μελιττων. Bene *Sirachides:* ΜΙΚΡΑ εν πετεινοις ΜΕΛΙΣΣΑ, και αρχη γλυκασματων ὁ καρπος αυτης: xi. 3.

Et hoc quidèm nomine ſæpiùs laudatur virtus. Hinc *Quintilianus: Confert admirationi multùm etiàm infirmitas, ut cum idem Tydea* PARVUM, *ſed bellatorem dicit fuiſſe:* iii. 7. — Notum eſt illud *Lucretianum:*

PARVOLA, *pumilio,* χαριτων ια, *tota merum ſal.*

hùc etiàm refer Geo. iv. 83.

INGENTES *animos* ANGUSTO *in pectore verſant.*

V. 6. Quæ ducitis annum: — Ità pleniùs diſtingue poſt *annum: clariſſima* enim *mundi lumina* ſunt, certo certius, *Sol* et *Luna*; adeò ut omnium illi videantur eſſe inſulſiſſimi, qui *Liberum* et *Cererem* eſſe velint. Quaſi verò *Solis* et *Lunæ*, cum ſint tanti in rebus ruſticis momenti; cum ſint potentes *dierum, menſium,* et *annorum,* totièſque in ſeqq. memorentur, oblviſci potuiſſet noſter! Ità porrò *Varro de re ruſticâ,* qui L. i. C. 1. primùm invocat *Jovem et Tellurem,* ſecundò, *Solem et Lunam:* deindè, *Cererem et Liberum.*

Optimè *Lucretius* in eleganti loco *ſolem* facit *dominum* et *rectorem anni:*

Quinetiàm, multis SOLIS *redeuntibus* ANNIS,
Annulus in digito ſubtertenuatur habendo: i. 312.

ad quem fruſtrà eſt *T. Faber,* qui hæc commentus eſt. " Mihi autèm mâximè placeat, ſi legatur:

—— *multis* OLIM *redeuntibus annis:* ——

" idque, ut venuſtius eſt, ità et elegantiores homines probatu-
" ros ſatis confido."

Has venuſtates nos quidem illi minimè invidemus, quibus in memoriam venit illud *Lucretii* in alio loco ——

 Liber

Liber, et alma Ceres; veſtro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit ariſtâ,
Poculáque inventis Acheloïa miſcuit uvis:
Et vos agreſtum præſentia numina Fauni,
Ferte ſimul Fauníque pedem Dryadéſque puellæ;
Munera veſtra cano. Túque ô, cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti,
Neptune: et cultor nemorum, cui pinguia Cææ
Ter centum nivei tondent dumeta juvenci:
Ipſe nemus linquens patrium, ſaltúſque Lycæi,
Pan ovium cuſtos, tua ſi tibi Mænala curæ,
Adſis, ô Tegeæe, favens: oleæque Minerva
Inventrix; uncíque puer monſtrator aratri;
Et teneram ab radice ferens, Sylvane, cupreſſum:
Dîque Deæque omnes, ſtudium quibus arva tueri;
Quíque novas alitis non ullo ſemine fruges,

——*per cœlum* SOLIS *volventia* LUSTRA: V. 929.

cujus veſtigiis, ut ſempèr, inſiſtit *Virgilius:*

Intereà magnum SOL *circumvolvitur* ANNUM: Æn. iii. 284.

Hæc inſupèr invocatio, à *vos O!* ad *cano*—tantâ nititur majeſtate carminis, ut nihil ſuprà.

V. 10. Præſentia numina. Ità *præſentes divos:* Ecl. i. quem vocis uſum ipſe et *Horatius* à *Græcis* exceperunt.

——————— ȣ γαϱ αν καλως
Υπηϱετοιμην τῳ ΠΑΡΟΝΤΙ ΔΑΙΜΟΝΙ: Soph. El. 1318.

V. 12. Munera veſtra cano—*Munera* in hoc loco non id vult (ſi rectè judico) quod omnes arbitrantur—*dona*—*beneficia*; ſed potiùs *officia*—*regna*—*provincias*—in quibus *verſamini*, et quibus *præeſtis*. Cognato ſenſu dixit *Lucretius*—*mœnera militiaï*; et *Flaccus*—*munera næniæ*—*munus poetæ*—et alia de hoc genere cuivis nota.

V. 19. Puer monſtrator aratri:—qui mihi videtur eſſe *Oſiris:* quanta autèm ille commoda in communem vitam importaverit, et ejus præcipuè in *agricolas* beneficia, enarrat *Diodorus Siculus*, L. i. et canit *Tibullus* in carmine cultiſſimo, L. i. El. 7.

Quíque

Quíque ſatis largum cœlo demittitis imbrem.
Tuque adeò, quem mox quæ ſint habitura Deorum
Concilia, incertum eſt; urbeſne inviſere, Cæſar,
Terrarúmque velis curam; et te maximus orbis
Auctorem frugum, tempeſtatúmque potentem
Accipiat, cingens maternâ tempora myrto:
An Deus immenſi venias maris, ac tua nautæ
Numina ſola colant; tibi ſerviat ultima Thule,
Téque ſibi generum Tethys emat omnibus undis:
Anne novum tardis ſidus te menſibus addas,
Quà locus Erigonen inter, Cheláſque ſequentes
Panditur: ipſe tibi jam brachia contrahit ardens

V. 32. Tardis menſibus. — Satis multa in hunc locum interpretes, ſi ſatis benè. Novimus autèm à *philoſophiæ naturalis mathematicis principiis*, quæ excogitavit ille vir, cui

Terra nil vidit ſimile aut ſecundum,

menſes lunares hybernos æſtivis eſſe *longiores*: terrâ enim per *hyemem* in *perihelio* verſatâ, vis gravitatis lunæ ad terram tum magis diminuitur, quàm in *æſtate*; undè orbita lunaris amplior evadit: ideóque tempus periodicum lunæ augetur in ſeſquiplicatâ ratione diſtantiæ, et in ratione inverſâ ſubduplicatâ vis gravitatis.

Rem compertam habuerunt veteres, dum intereà lateret cauſa: quam expoſuiſſe in oratione, quæ teneras auriculas Muſarum fortaſsè radat, mihi ignoſcant critici. Vide Thuc. vi. 21.

Tardi igitur *menſes* ſunt *æſtivi menſes*, hoc nomine donati, quòd *tardè veniant*, quoniàm illis moram injiciant *menſes brumæ longiores*. — Hæc eſt vera loci interpretatio: cui tamèn, ut verum fatear, licet ipſe commentus ſim, dare manus ægrè potuiſſem, utpote nimiam ſubtilitatem præ ſe ferenti, niſi mihi fautor ipſe aſtaret *Maro*:

Quid tantùm Oceano properent ſe tingere ſoles
Hiberni, vel quæ TARDIS *mora* NOCTIBUS *obſtet*: Geo. ii. 481.

i. e. cur *hiemis* dies tam *breves* ſint; et *æſtatis* tam *longi*, ut noctis adventum remorentur.

" TARDE VENIENTIBUS; et *æſtivis* dixiſſe videtur, ne bis " unum tempus ſignificaret." *Servius*. ibid.

Scorpius, et cœli juſta plùs parte reliquit.
Quicquid eris (nam te nec ſperent Tartara regem,
Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido:
Quamvis Elyſios miretur Græcia campos,
Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem)
Da facilem curſum, atque audacibus annue cœptis;
Ignaróſque viæ mecum miſeratus agreſtes,
Ingredere, et votis jam nunc aſſueſce vocari.
 Vere novo gelidus canis cùm montibus humor
Liquitur, et Zephyro putris ſe gleba reſolvit;
Depreſſo incipiat jam tum mihi taurus aratro
Ingemere, et ſulco attritus ſplendeſcere vomer.
Illa ſeges demùm votis reſpondet avari
Agricolæ, bis quæ ſolem, bis frigora, ſenſit:
Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes.
 At priùs ignotum ferro quàm ſcindimus æquor,
Ventos et varium cœli prædiſcere morem
Cura ſit, ac patrios cultúſque habitúſque locorum;
Et quid quæque ferat regio, et quid quæque recuſet.
Hîc ſegetes, illîc veniunt feliciùs uvæ:

V. 35. Reliquit.—Quidam legunt *relinquit*, ſed noſtra lectio longè elegantior, utpote rem *factam* ſine morâ, et *Scorpii* promptius officium, feliciùs repræſentans: cujus venuſtatis non pauca in ſeqq. exempla dabit noſter. Tota quidèm locutio eſt in rariſſimis, nec alitèr explicanda, niſi à ſcopo loci, et mente manifeſtiſſimâ ſcriptoris. Ità igitùr intelligo: *Scorpios reliquit*—i. e. receſſit—*tibi à parte cœli*, "quæ erat *plus juſtâ* magna, "et amplior quàm debuerat occupare."—Hoc etiàm vidit non peſſimus interpretum *Taubmannus*.

V. 44. Zephyro putris. De ordine verborum in hoc loco ſibi lector caveat; *Martynus* enim, qui elegantias *Virgilianas* ne per ſomnium quidèm deguſtaverat, ità reddidit: "*And the* "CRUMBLING EARTH *is unbound by the Zephyrs:*" neque meliùs alii. Ità quidèm debuit: *And the Earth unbinds itſelf mouldering before the Breeze.* Harum proprietatum neſcius, præcipuas elegantias *Maronis* et *Horatii*, qui ſe potiſſimùm ad imitationem *Græcorum* contulerunt, nunquàm non peſsùm dabit.

Arborei

Arborei fœtus alibi, atque injuſſa vireſcunt
Gramina. Nónne vides, croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi?
At Chalybes nudi ferrum, viroſáque Pontus
Caſtorea, Eliadum palmas Epirus equarum.
Continuò has leges æternaque fœdera certis
Impoſuit natura locis, quo tempore primûm
Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem;
Undè homines nati, durum genus. Ergò age, terræ
Pingue ſolum primis extemplò à menſibus anni
Fortes invertant tauri; glebáſque jacentes
Pulverulenta coquat maturis ſolibus æſtas.
At ſi non fuerit tellus fœcunda, ſub ipſum
Arcturum tenui ſat erit ſuſpendere ſulco:
Illîc, officiant lætis ne frugibus herbæ:
Hîc, ſterilem exiguus ne deſerat humor arenam.
  Alternis idem tonſas ceſſare novales,
Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum.

V. 58. At Chalybes — Multò commodiùs legas et diſtinguas, eodem ſpiritu:

> Ut *Chalybes nudi ferrum, viroſaque Pontus*
> *Caſtorea, Eliadum palmas Epiros equarum?*

V. 71. Alternis. — Hanc rem cum ſolitâ ſuâ dignitate tangit *Pindarus:*

> ———————— καρποφοροις
> αρȣραισιν· αι τ' ΑΜΕΙΒΟΜΕΝΑΙ,
> τοκα μεν 'ΩΝ βιον ανδρεσ-
> σιν επηετανον πεδιων εδοσαν·
> τοκα δ' αυτ' αναπαυσαμεναι, σθενος ε-
> μαρψαν. Nem. vi, 16.

Qui locus eſt in elegantiſſimis. Rectè autèm lego — ὧν πεδιων, SUI *ſoli:* ità *Sophocles:*

> Ει ζων Αχιλλευς των οπλων των 'ΩΝ περι
> Κρινειν εμελλε κρατος αριστειας τινι,
> Ουκ αν τις αυτ' εμαρψεν αλλος αντ' εμȣ. Aj. 445.

ubi tamèn mallem κρατος cum *Scholiaſte*, ut exulet *anapæſtus* de

Aut ibi flava ſeres mutato ſidere farra,
Unde priùs lætum ſiliquâ quaſſante legumen,

quarto loco, quem in ſedibus paribus non amat muſa tragica, quamvìs intereà minimè reſpuat, ut permultis exemplis poſſem oſtendere, reclamante magno *Toupio*, et multis aliis. Purior eſt in hâc re *Sophocles.*

Revertamur autèm ad locum *Pindari*, et à voce αμειϐομεναι, quâ nihil poteſt eſſe venuſtius, inſignem *Euripidis* locum illuſtremus.

> Μυριαδας δ' αγαθων
> ἑτερας ἑτεραις ΜΕΤΑΜΕΙΒΟΜΕΝΑ,
> πολις ἁδ' επ' ακροις
> εϛαχ' αρητοις ϛεφανοισιν: Phæn. 837.

ad quem locum nihil viderunt aut *Barneſius* aut Schol. — Vox μεταμειϐομενα ſcilicèt eſt pulchra admodùm, et reddi debet — *ſuis viribus ex uno gradu in alterum aſcendens* — quæ interpretatio veram vim *mediæ vocis* videtur exhibere. Nec multò alitèr *Euripides* infrà: v. 1186.

> Κλιμακος ΑΜΕΙΒΩΝ ξεϛ' ευηλατων βαθρα.

vide etiàm 278. — Sed adhùc magis ad rem *Theocritus:*

> ——————— εγω δε νιν ὡς ενοησα
> Αρτι θυρας ὑπερ ουδον ΑΜΕΙΒΟΜΕΝΟΝ ποδι κουφω: ii. 104.

Porrò vox ϛεφανος in loco *Euripidis* malè accipitur: idem enìm hìc valet atque ϛεφανη, ϛεφανωμα, vel ϛεφανωσις — *alicujus rei*, potiſſimùm verò *ædificii faſtigium:* quod etiàm vidit *Muſgravius.* Ità *Pindarus* apertiſſimè quamvìs hìc ſenſus *Lexicographos* fugiſſe videatur:

> Τον παις ὁ Λατους ευρυμεδωντε Ποσειδων,
> Ιλιῳ μελλοντες επι ΣΤΕΦΑΝΟΝ
> τευξαι, καλεσαντο συνεργον
> τειχεος; Ol. viii. 41.

ubi obſervet naſutus lector uſum elegantiſſimum *mediæ vocis* — εκαλεσαντο — SIBI *advocaverunt*

Sed et hinc corrigendus eſt *Sophocles:*

> Πατερ ταλαιπωρ' Οιδιπου, πυργοι μεν, οἱ
> Πολιν ϛεγουσιν, ὡς απ' ομματων προσω: Æd. Col. 14.

ubi vox ϛεγουσιν nihil commune habet cum *longinquo urbis proſpectu* et *imagine in oculos impreſſâ.* Lege igitùr ΣΤΕΦΟΥΣΙ, quod propriâ luce ſe commendat. Στεγουσι fortaſsè fuit του ϛεφουσι gloſſa, quod faciet magis credibile *Maronis* noſtri locus:

Aut

Aut tenues fœtus viciæ, triſtíſque lupini
Suſtuleris fragiles calamos, ſylvámque ſonantem.

Objiciunt equites ſeſe ad divortia nota
Hinc atque hinc, omnemque aditum cuſtode CORONANT:
Æn. ix. 379.

Ità dixit *Homerus* et alii κρηδεμνα πολεως: et *Heſiodus:* ΕΥΣΤΕΦΑΝΩι ενι Θηβη: Theog. 978. Hùc etiàm facit fragmentum *Archilochi:*

—— Ηδε δ', ὡς ονȣ ῥαχις,
εϛηκεν ὑλης αγριας ΕΠΙΣΤΕΦΗΣ.

Similem correctionem mihi videtur et *Callimachus* flagitare. Ità lubentèr legerem:

Κειναι μεν πυργοισι ΠΕΡΙΣΤΕΦΕΕΣΣΙΝ ερυμναι
Δηλος δ' Απολλωνι. H. Del. 23.

ipſe habet in eodem carmine, v. 93.

Παρνησον νιφοεντα ΠΕΡΙΣΤΕΦΕΙ εννεα κυκλοις.

His lucem offundet *Suidas:* Περιϛεφανωσαντων, κυκλωσαντων· περιϛεφανωσαντων τοις ὁπλοις το τειχος: et locus in Hom. Hym. Ap. 410. qui ad hunc modum accuratiùs interpungi debet:

Παρ δε Λακωνιδα γαιαν, ΑΛΙΣΤΕΦΑΝΟΝ πτολιεθρον
Ιξον, και χωρον τερψιμβροτȣ ηελιοιο,
Ταιναρον: ——

i. e. "præter-navigantes terram Laconicam, venerunt Tænarum, urbem mare coronantem, et regionem ſolis." Idem enim erat nomen et urbi et regioni.

Errorem contrarium mihi deprehendiſſe videor in Epig. Anthol. vol. i. p. 234. *Brunckii*; viri, dubito, an magis candidi, an eruditi magis: hoc ſaltèm non dubium, quin ad bonas litteras promovendas ſit unus vivorum natus:

Μη φθειρευ, ὡνθρωπε, περιπλανιον βιον ἑλκων,
Αλλην εξ αλλης εις χθον' αλινδομενος·
Μη φθειρευ· κενεη σε περιϛεψαιτο καλιη,
Ην θαλποι μικκον πυρ ανακαιομενον.

quæ ſunt ſuaviſſima: mallem tamen ——

—— ΠΕΔΙΝΗ σε ΠΕΡΙΣΚΕΨΑΙΤΟ καλιη ——
v. Anth. ii. p. 130. Ep. 8. ver. 2.

neque alitèr *D. Paulus:* Εχοντες δε διατροφας και ΣΚΕΠΑΣΜΑΤΑ,

Urit

Urit enim lini campum ſeges, urit avenæ:
Urunt Lethæo perfuſa papavera ſomno.
Sed tamen alternis facilis labor: arida tantùm
Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola; neve
Effœtos cinerem immundum jactare per agros.
Sic quoquè mutatis requieſcunt fœtibus arva,
Nec nulla interea eſt inaratæ gratia terræ.
  Sæpe etiam ſteriles incendere profuit agros,
Atque levem ſtipulam crepitantibus urere flammis.
Sive inde occultas vires et pabula terræ
Pinguia concipiunt; ſive illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor;

τουτοις αρκεσθησομεθα: 1 Tim. vi. 8. — quod potes intelligere vel de *veſtibus* vel *domibus*, ſed commodiùs de poſteriore, ut ipſe judico; cui conſentit. Long. Paſt. p. 42. Ed. Moll. Εδει δε μονον αρτου, και οινου, και ΣΤΕΓΗΣ. Sed de his ſatis.

V. 73. "In Romano codice *mutato* SEMINE legitur: *Pie-* "*rius.*" Quæ lectio omninò admittenda eſt, cùm recepta ſit planè nihili atque ſupervacanea: Sic infrà *mutatis fœtibus.*

V. 79. Tranſpoſitione infelici laborat hìc locus; ſed ne multis et lectorem et meipſum morer, ſuo ordine verſus collocabo, qui loci rationem benè perpendenti propriâ luce, nì fallor, commendabitur:

Urunt Lethæo perfuſa papavera ſomno:
Sic quoque mutatis requieſcunt fœtibus arva.
Sed tamèn alternis facilis labor: arida tantùm
Ne ſaturare fimo pingui pudeat ſola; neve
Effætos cinerem immundum jactare per agros.
Nec nulla intereà eſt inaratæ gratia terræ.

Sic quoque mutatis: i. e. *hâc ratione*, ETIAM *mutatis fœtibus*, *arva quodammodò requieſcunt.*

V. 88. Exſudat. — "Novè locutus eſt: nam non ipſe *hu-* "*mor*, ſed *terra* deſudat; undè *exſudat* pro *exſudatur* accipi- "mus." *Servius.* — Atqui, O! bone, *exſudat* pro *exſudatur* nec Dî nec homines, ferre poſſunt, ut ſæpiùs in harum obſervationum decurſu à nobis demonſtrabitur. Si enìm ità ſe res haberet, illicò actum eſt de linguarum proprietatibus, quotquot ſunt, atque elegantiis. Meâ quidèm ſententiâ (quod tamèn nollem nimis confidentèr proponere) quamvis verbum ſimplex

Seu

Seu plures calor ille vias, et cæca relaxat
Spiramenta, novas veniat quà ſuccus in herbas;
Seu durat magis, et venas aſtringit hiantes;
Ne tenues pluviæ, rapidíve potentia ſolis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
  Multùm adeò, raſtris glebas qui frangit inertes,
Vimineaſque trahit crates, juvat arva; neq; illum
Flava Ceres alto nequicquàm ſpectat Olympo:
Et qui, proſciſſo quæ ſuſcitat æquore terga,
Rurſùs in obliquum verſo perrumpit aratro:
Exercétque frequens tellurem, atque imperat arvis.
  Humida ſolſtitia atque hyemes orate ſerenas,
Agricolæ: hyberno lætiſſima pulvere farra,
Lætus ager. Nullo tantùm ſe Myſia cultu

ſudat neutrè poteſt accipi, compoſitum *exſudat* non poteſt. Vox igitùr alia quærenda eſt, quæ in hoc incommodum non cadit: ea eſt *exundat*, quam libentèr *Virgilio* reſtituerem, ſi modò eruditi mecum de hôc re judicabunt. Eadem quoque ratio eſt verbi *ſpumo:* rectè itaque dicit noſter neutre—*ſpumat vindemia*; ſed active—*undam* DESPUMAT *aheni*. Pari modo *D. Marcus:* αφριζει—et εκυλιετο αφριζων: C. ix. et quidèm rectè: *D.* autèm *Judas* in loco longè elegantiſſimo aliam inſiſtit viam: Κυματα αγρια θαλασσης ΕΠΑΦΡΙΖΟΝΤΑ τας ἑαυτων ΑΙΣΧΥΝΑΣ. Quod tamèn mihi ſcrupulum injicere fateor, *Moſchus*, Id. v. videtur neutrè uti etiàm επαφριζω, quam vocem, opinor, fruſtrà alibi quæſiveris:

Αλλ᾽ ὁταν αχηση πολυς βυθος, ἁ δε θαλασσα
Κυρτον ΕΠΑΦΡΙΖΗι.

Apud *Tryphiodorum* quidèm legimus:

Ειλαπινη τ᾽ επιδημιος ην, και αμηχανος ὑβρις,
Υβρις ἐπαφριζουσα μεθην λυσηνορος οινου: 440.

in quo loco labes eſt fœdiſſima, levi tamèn manu abſtergenda: repone omninò—ΕΠΑΦΡΙΖΟΥΣΑ; et tum locus hic ad ſacri ſcriptoris elegantiam proximè accedet.

Hic inſupèr *Virgilii* locus à v. 86. ad v. 94. exemplo ſit ejus perſpicuitatis atque venuſtatis, quâ callebat vir ſummus tractare res jejunas, et à poetici cultûs gratiâ remotiſſimè ſejunctas.

V. 100. Pro *orate*, vetuſtius exemplar penes me habet—*optate*; quæ lectio videtur melior, et *Servii* fuiſſe.

Jactat,

Jactat, et ipſa ſuas mirantur Gargara meſſes.
Quid dicam, jacto qui ſemine cominùs arva
Inſequitur, cumulóſque ruit malè pinguis arenæ?
Deindè ſatis fluvium inducit, rivóſque ſequentes?
Et, cùm exuſtus ager morientibus æſtuat herbis,
Ecce, ſupercilio clivoſi tramitis undam
Elicit: illa cadens raucum per levia murmur
Saxa ciet, ſcatebríſque arentia temperat arva.
Quid, qui, ne gravidis procumbat culmus ariſtis,
Luxuriem ſegetum tenerâ depaſcit in herbâ,
Cùm primùm ſulcos æquant ſata? quíque paludis
Collectum humorem bibulâ deducit arenâ?
Præſertim incertis ſi menſibus amnis abundans
Exit, et obducto latè tenet omnia limo;
Unde cavæ tepido ſudant humore lacunæ.
Nec tamen (hæc cùm ſint hominumqúe boúmque labores
Verſando terram experti) nihil improbus anſer,
Strymoniæque grues, et amaris intuba fibris,
Officiunt, aut umbra nocet. Pater ipſe colendi
Haud facilem eſſe viam voluit, primúſque per artem
Movit agros, curis acuens mortalia corda;
Nec torpere gravi paſſus ſua regna veterno.

V. 107. Vide an non, ope leviſſimæ mutationis, magìs δεικτικως et elegantèr decurreret hic locus.

> Ut *cum exuſtus ager morientibus æſtuat herbis,*
> *Ecce! ſupercilio clivoſi tramitis undam*
> *Elicit:* v. ſuprà, v. 56.

Et huic ſuaviſſimæ deſcriptioni alia eſt apud *Longum* non abſimilis, quam hìc emendatiorem proponam: Τοιϐτον οντα τον παραδεισον ὁ Λαμων εθεραπευε, τα ξηρα αποτεμνων, τα κληματα αναλαμβανων (exſuſcitans)· ὑδωρ επωχετευσε ΠΗΓΗΣΤΙΝΟΣ, ἣν ἑυρεν Δαφνις, ες τα ανθη: p. 106. Ed. Moll.

V. 121. Hujuſce loci ea eſt venuſtas, ut jure dubitari poſſit, an *Philoſopho*, an *Poetæ*, palma deferenda ſit: hic enim in utroque genere præſtantiſſimum ſe dat *Maro*. Certè, ſi veritatem exornet ea, quâ nihil poteſt eſſe dulcius, locutio; veritatis dignitas non minùs inſignit locutionem.

Ante

Ante Jovem nulli ſubigebant arva coloni:
Nec ſignare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium quærebant; ipſáque tellus
Omnia liberiùs, nullo poſcente, ferebat.
Ille malum virus ſerpentibus addidit atris,
Prædaríque lupos juſſit, pontúmque moveri,
Melláque decuſſit foliis, ignemque removit,
Et paſſim rivis currentia vina repreſſit:
Ut varias uſus meditando extunderet artes
Paulatim, et ſulcis frumenti quæreret herbam,
Et ſilicis venis abſtruſum excuderet ignem.
Tunc alnos primùm fluvii ſensêre cavatas:
Navita tum ſtellis numeros et nomina fecit,
Pleïadas, Hyadas, clarámque Lycaonis Arcton.

V. 126. Reponi debet — NE *ſignare quidèm* — ſecundùm *Romanum* codicem; ut benè contendit etiàm *Bentleius*, criticorum longè acutiſſimus doctiſſimuſque, ad Hor. Sat. ii. 3. 262.

V. 127. Ipſa — " *Ultrò — ſpontè ſuâ: Servius.* Et ità ſæpè, ad *Græcorum* morem; ut *Theocritus* in loco levitèr emendando atque explicando:

Πολλακι ται Γ᾽ οἶες ποτι τὤυλιον ʽΑΥΤΑΙ απηνθον
Χλωρας εκ βοτανας· ὁ δε ταν Γαλατειαν αειδων
Αυτω επ᾽ αἴονος κατετακετο φυκιοεσσας
Εξ αους, εχθιστον εχων ὑποκαρδιον ἑλκος,
Κυπριδος εκ μεγαλας το ὁι ἡπατι παξε βελεμνον: xi.

ταιγ᾽ οἶες — *oves ſcilicèt:* quæ et elegans eſt correctio, et verſui minùs concinno ſublevat. Et αυτω eſt pro αυτου — *ibi* — επι τοπου — *conſtantèr manens in eâdem parte littoris:* et verſum ultimum redde: — *quod illi in jecur infixerat telum à magnâ Venere.*

V. 130. Moveri. " *Ventis* ſcilicèt:" *Servius.* Malè et imperitè: *moveri* idem eſt atque *ſe movere*, et eſt *vox media Latinorum*; de quâ nos plenius et ex profeſſo ad L. ii. v. 290.

V. 135. Alii UT *ſilicis*, alii ET *ſilicis.* Mallem — UT *varias* — UT *ſulcis* — ET *ſilicis:* ſed hæc non ſunt tanti.

V. 138. Stellis numeros et nomina. Quod plenius dixit de JEHOVA vates *Hebræus:* Ο ΑΡΙΘΜΩΝ πληθη ΑΣΤΡΩΝ, και πασιν αυτοις ΟΝΟΜΑΤΑ καλων: Pſalm cxlvi. 4.

Quæ in animum mihi revocant *Euripidis* locum:

Tum

Tum laqueis captare feras, et fallere viſco
Inventum; et magnos canibus circumdare ſaltus.
Atque alius latum fundâ jam verberat amnem
Alta petens, pelagóque alius trahit humida lina.
Tum ferri rigor; atque argutæ lamina ſerræ;
(Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum)
Tum variæ venere artes. Labor omnia vincit
Improbus, et duris urgens in rebus egeſtas.
  Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Inſtituit: cùm jam glandes atque arbuta ſacræ
Deficerent ſylvæ, et victum Dodona negaret.
Mox et frumentis labor additus: ut mala culmos
Eſſet rubigo, ſegníſque horreret in arvis
Carduus. Intereunt ſegetes; ſubit aſpera ſylva,

Και τῳδι, τȣς τε κακȣς αν
Γνωναι, και τȣς αγαθȣς
Ισον, ἁτ' εν νεφελαισιν αςρων
Ναυταις ΑΡΙΘΜΟΣ πελει: Herc. Fur. 667.

Nihil quidèm cauſantur critici: ſed nemo ſani modò judicii hæc poterit concoquere. Quid enim nautæ proderit ſtellas *numerare*, ſi *diſtinguere* nequeat? et quomodò *ſtellas* viderit, ſi *nubibus* cœlum obducatur? Æquo igitùr animo debent accipi conjecturæ noſtræ.

Και τῳδι, τȣς τε κακȣς αν
Γνωναι, και τȣς αγαθȣς
Ισον ΗΝ, ΑΝΝΕΦΑΛΩΝ ΑΤ' αςρων
Ναυταις ΟΡΙΣΜΟΣ πελει.

V. 150. His et ſeqq. ad amuſſim reſpondent hæc *Theocriti*, ſi modò rectè accipiantur:

Τοιγαρτοι προ θυραν μευ ΑΠΟ ΣΠΟΡΩ ασκαλα παντα: x. 14.

i. e. "ità me amor totum habet, ut res alias omnes penitùs "neglexerim; ideòque omne genus infelices herbæ uſque ad "oſtium, jam inde à ſemente, ubique dominentur." Quibus nihil planius eſſe poteſt, aut magis ad rem. Fruſtrà igitùr cruciatur *Whartonus*, et de difficultatibus queritur: fruſtrà etiàm *Reiſkius Toupiuſ*que nobis commendant απο σποδω; cui longùm, ut mihi videtur, vale dicendum eſt.

Lap-

Lappæque, tribulique; intérque nitentia culta
Infelix lolium et ſteriles dominantur avenæ.
Quòd niſi et aſſiduis terram inſectabere raſtris,
Et ſonitu terrebis aves, et ruris opaci
Falce premes umbras, votiſque vocaveris imbrem;
Heu! magnum alterius fruſtrà ſpectabis acervum,
Concuſsâque famem in ſylvis ſolabere quercu.
  Dicendum et quæ ſint duris agreſtibus arma,
Queis ſine nec potuêre ſeri, nec ſurgere meſſes.
Vomis, et inflexi primùm grave robur aratri,
Tardáque Eleuſinæ matris volventia plauſtra,
Tribuláque, traheæque, et iniquo pondere raſtri:
Virgea prætereà Celei viliſque ſupellex,
Arbuteæ crates, et myſtica vannus Iacchi.
Omnia quæ multò antè memor proviſa repones,
Si te digna manet divini gloria ruris.
Continuò in ſylvis magnâ vi flexa domatur
In burim, et curvi formam accipit ulmus aratri.

V. 162. Grave robur aratri. Non, ut mihi videtur, *grave* LIGNUM *aratri*, ſed VALIDÆ VIRES *aratri:* ut dixit *Lucretius* —ROBUR *ſaxi*, et ROBUR *ferri.*

V. 168. Si te—. Enimverò et ipſe verſus eſt tantùm non divinus, ſummâ delectatione et aures et animum permulcens. *Virgilium* illuſtrabit *Theocritus*, qui et viciſſim illuſtratibur; præſertim ſi medica manus illi adhibeatur, prout meritus eſt:

Αγκεα και Ποταμοι, ΘΕΙΟΝ γενος, αι τι Μεναλκας
  Πη ποχ᾽ ὁ συριχτας προσφιλες ᾳσε μελος,
Βοσκοιτ᾽ εκ ψυχας τας αμνιδας· ην δε ΠΟΤΕΝΘΗι
  Δαφνις ΑΓΩΝ δαμαλας, μηδεν ελασσον εχοι. viii.

vide etiam Geo. ii. 474. Ecl. ii. 60.

Noſtra autèm emendatio carminis hujuſce mellitiſſimi ποτενθῃ pro ποχ᾽ ενθῃ, et facilis eſt et ſimplex. Benè etiàm pro εχων repoſuimus αγων, tum propter εχοι in eodem verſu, quod inficetum; tum quod ſit in *amæbæo*——

———————— κἠν τι Μεναλκας
Τῃδ᾽ ΑΓΑΓΟΙ.

Huic

Huic à ſtirpe pedes temo protentus in octo,
Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorſo.
Cæditur et tilia antè jugo levis, altáque fagus,
Stiváque, quæ currus à tergo torqueat imos:
Et ſuſpenſa focis explorat robora fumus.
  Poſſum multa tibi veterum præcepta referre,
Nî refugis, tenuéſque piget cognoſcere curas.
Area cum primis ingenti æquanda cylindro,
Et vertenda manu, et cretâ ſolidanda tenaci;
Ne ſubeant herbæ, neu pulvere victa fatiſcat:
Tum variæ illudunt peſtes: ſæpe exiguus mus
Sub terris poſuítque domos, atque horrea fecit:
Aut oculis capti fodêre cubilia talpæ:
Inventúſque cavis bufo, et quæ plurima terræ
Monſtra ferunt: populátque ingentem farris acervum
Curculio, atque inopi metuens formica ſenectæ.
  Contemplator itèm, cùm ſe nux plurima ſylvis
Induet in florem, et ramos curvabit olentes:
Si ſuperant fœtus, paritèr frumenta ſequentur,
Magnáque cum magno veniet tritura calore.

V. 177. Tenues curas.—Hoc ideò dicit, ut æquiori animo lector accipiat horum præceptorum jejunitatem. Sed nec *Fabiana* laus *Homeri* de *Virgilio* non pari jure prædicari poterit. "Hunc nemo in magnis ſublimitate, in parvis proprietate ſu-"peravit."

V. 179. Quibus otium eſt *Servium* conſulere, (cui deſcribendo, cum bonâ lectoris veniâ, ſuperſedere volumus; propter infirmam enim valetudinem nobiſmetipſis parcere atque non lentè feſtinare cogimur) ſtatim ii intelligent quo morbo laboret hic locus. Nos quidèm bellis iſtis figuris, quæ in venuſtates volunt vertere, ſi Dîs placet, quicquid ſcabri eſt et abſurdi et depravati in ſcriptoribus, parùm delectamur. Pro *vertenda* reponendum eſſe arbitramur *verſanda:* i. e. "eæ partes areæ ſunt "ipſâ manu *tractandæ* complanandæque, quas ob magnitudinem "ſuam non potuit attingere cylindrus."

V. 190. Magnaque cum magno. Hæc dictionum repetitio et venuſta eſt et noſtro in deliciis. Sìc Æn. x. 842.

——INGENTEM *atque* INGENTI *vulnere victum.*

At

At ſi luxuriâ foliorum exuberat umbra,
Nequicquam pingues paleâ teret area culmos.
  Semina vidi equidèm multos medicare ſerentes,
Et nitro priùs, et nigrâ perfundere amurcâ,
Grandior ut fœtus ſiliquis fallacibus eſſet.
Et quamvis igni exiguo properata maderent,
Vidi lecta diù, et multo ſpectata labore,
Degenerare tamèn; nî vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret: ſic omnia fatis
In pejus ruere, ac retrò ſublapſa referri.

quod ab *Homero* omnium elegantiarum fonte profluxit:

Κειτο μεγας μεγαλωστι: Il. Π. 776.

Hinc malis auſpiciis ſolicitat *Johannes Heſkin* hunc locum *Bionis*, qui omninò rectè ſe habet:

Κειται καλος Αδωνις επ' ωρεσι, μηρον οδοντι
ΛΕΥΚΩι ΛΕΥΚΟΝ οδοντι τυπεις.

Vide Heſ. Scut. H. 388. Hoc tamèn *idyllium Bionis* paulò infrà mihi videtur vitio turpari, quod operæ pretium eſt eluere:

Αγριον αγριον ἑλκος εχει κατα μηρον Αδωνις·
Μειζον δ' ἁ Κυθερεια ΦΕΡΕΙ ποτικαρδιον ἑλκος.

Inelegans eſt το φερει· quid ſi ΤΡΕΦΕΙ?

At regina gravi jamdudùm ſaucia curâ
VULNUS ALIT *venis*. Et ità Soph. Phil. 807.

V. 200. Ruere.—Pro *ruere* reponendum cenſeo *fluere*; quæ vox etiàm ſeqq. magis congruit. Ità ad rem *Lucretius*, quem meritò *ſublimem* vocat *Naſo:*

————— *minui rem quamque videmus,*
Et quaſi longinquo FLUERE *omnia cernimus ævo:* ii. 67.
—— *in partem pejorem* LIQUITUR *ætas:* ib. 1131.

Ità etiàm ipſe noſter:

Ex illo FLUERE *ac retrò ſublapſa referri*
Res Danaûm: Æn. ii. 169.

Quinetiàm locus *Demoſthenis*, longè vexatiſſimus, in Orat. cont. Leptin. p. 287. Ed. Lutet. in eâdem figurâ verſatur; qui mihi videtur ad hunc modum expediendus:

Non alitèr quàm qui adverſo vix flumine lembum
Remigiis ſubigit; ſi brachia fortè remiſit,
Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.
  Præterea tam ſunt Arcturi ſidera nobis
Hœdorúmque dies ſervandi, et lucidus anguis;
Quàm quibus in patriam ventoſa per æquora vectis
Pontus et oſtriferi fauces tentantur Abydi.
  Libra die ſomníque pares ubi fecerit horas,
Et medium luci atque umbris jam dividit orbem;
Exercete, viri, tauros; ſerite hordea campis,
Uſque ſub extremum brumæ intractabilis imbrem.
Nec non et lini ſegetem et cereale papaver

Ου γαρ αν μετεπιπτε τα πραγματα επ᾽ αμφοτερα, ει μη τους μεν εν κινδυνῳ καθεστηκοτας και πραξεις χρησαι, και νομοι και ανδρες χρηστοι, και παντα εξητασμενα, επι το βελτιον προηγε· ΤΟΙΣ δε εν πασῃ καθεσταναι ΔΟΚΟΥΣΙΝ ευδαιμονια ταυτα αμελουμενα, παντα ΥΠΕΡΡΕΙ κατα μικρον.

Ubi habes nominativum abſolutè poſitum; quo nihil frequentius apud *Atticos*, et præcipuè *Thucydidem*; quod fraudi fuiſſe indoctis librariis non eſt incredibile.

V. 203. Atque.—Olim opinabar το *atque* in hoc loco planè abundare, ſed ſomniabam: ſomniabant etiàm *Aulus Gellius*, *Servius*, et multi alii. Sed attende, lector; nihil enim ſalebroſi in ſe habet conſtructio, quæ quidèm facilis eſt et aperta: "Res "humanæ non alitèr retrò feruntur, quàm lembus, ſi remex "brachia remiſerit, ATQUE ſi alveus prono amni rapiat lem-"bum." Quid poteſt eſſe planius?

V. 211. Per *extremum* hìc certiſſimè intelligenda eſt *prior pars brumæ:* ſerendum ſcilicèt, dum tempeſtas patitur, neque jam imbres brumales perpetuò decidant: ut à ſeqq. apertiſſimè patet. Atque ut noſter dixit—*bruma intractabilis*, ità *Longinus* de Subl. Sect. ix. νυξ απορος—i. e. νυξ αμηχανος—*nox intractabilis*—in quâ nempè nihil agi poteſt: ſed ipſa loci totius verba proponantur, ſunt enim elegantia. Νυξ ΑΠΟΡΟΣ αυτῳ την των Ελληνων επεχει μαχην· ενθα δε ὁ Αιας ΑΜΗΧΑΝΩΝ, Ζευ πατερ—κ.τ.λ. Ità χειμα ΔΥΣΕΡΓΟΝ. Bion. Id. vi. Neque prætereundus eſt *Heſiodus:*

Μη σε κακου ΧΕΙΜΩΝΟΣ ΑΜΗΧΑΝΙΗ καταμαρψῃ: ii. 114.

Nec *Heſychius.* Αποροις, αμηχανοις. Απορουμενοι, πενομενοι, αποροuντες, αμηχανουντες. Sic enim hæc ſunt conjungenda: v. D. Joh. xiii. 22. 2 Cor. iv. 8. Ουτε θυοντα τοις θεοις ΑΜΗΧΑΝΟΥΜΕΝΟΝ;

Tempus

Tempus humo tegere, et jamdudum incumbere aratris:
Dum ſiccâ tellure licet, dum nubila pendent.
Vere fabis ſatio: tum te quoquè, medica, putres
Accipiunt ſulci; et milio venit annua cura:
Candidus auratis aperit cùm cornibus annum
Taurus, et averſo cedens canis occidit aſtro.
At ſi triticeam in meſſem robuſtáque farra
Exercebis humum, ſolíſque inſtabis ariſtis:
Antè tibi Eoæ Atlantides abſcondantur,
Gnoſiáque ardentis decedat ſtella coronæ;
Debita quàm ſulcis committas ſemina, quámque
Invitæ properes anni ſpem credere terræ.
Multi ante occaſum Maiæ cœpêre; ſed illos
Expectata ſeges vanis eluſit ariſtis.
Si verò viciámque ſeres, vilémque faſelum,
Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis;
Haud obſcura cadens mittet tibi ſigna Bootes:
Incipe, et ad medias ſementem extende pruinas.
Idcircò certis dimenſum partibus orbem
Per duodena regit mundi ſol aureus aſtra.
Quinque tenent cœlum zonæ; quarum una coruſco
Semper ſole rubens, et torrida ſemper ab igni:

οτε μαντικη χρωμενον. Xen. Mem. i. 4. 2. ità enim ſcribendus iſte locus.

Hinc porrò ea lectio νυξ απειρος, quam protulit *Manutius*, et laudat *Toupius*, fidentèr atque etiàm furcâ ejicienda eſt, ut receptâ multò minùs elegans, reique accommodata.

V. 217. Candidus—De hoc loco, qui tot opinionibus interpretum ortum dedit (quibus ad trutinam vocandis, ut mihi ſaltèm videtur, non operæ pretium eſt immorari) conſulatur, ſi tanti fuerit, *Macrobius* Somn. Scip. i. 18.

Et ordo eſt: "Candidus—i. e. *fulgens* auratis cornibus"—quod puduiſſet admonere, niſi turpiſſimè erràſſent *Martynus* et alii; digniſſimi ſanè, qui trudantur in eum locum, ubi, ut ait comicus, *vivos homines mortui incurſant boves.*

V. 234. Torrida ab igni.—Elegantèr: ità—*tumida* EX *irâ:* Æn. vi. 407. et ità intellige Geo. iv. 403. *feſſus* AB *undis.* Similitèr *Theocritus:* οπτευμενον ΕΞ Αφροδιτας: vii. 55. et *Try-*

Quam circum extremæ dextrâ lævâque trahuntur,
Cœruleâ glacie concretæ atque imbribus atris.
Has inter mediámque, duæ mortalibus ægris
Munere conceſſæ Divûm, et via ſecta per ambas,
Obliquus quâ ſe ſignorum verteret ordo.
Mundus ut ad Scythiam Riphæáſque arduus arces
Conſurgit; premitur Libyæ devexus in Auſtros.
Hic vertex nobis ſemper ſublimis; at illum

phiodorus in loco non invenuſto, ſed qui medicinæ egeat. Sic ipſe quidèm medebar:

> Αι δ' απο Θερμωδοντος αρηιφιλοιο γυναικες,
> Κοπτομεναι ΠΕΡΙΚΥΚΛΟΝ αθηλεος ομφακα μαζυ,
> ΠΑΡΘΕΝΟΝ ωδυροντο δαΐφρονα Πενθεσιλειαν·
> Ητε πολυξεινοιο ΜΟΘΟΝ πολεμοιο μολυσα,
> Θηλειης ΑΠΟ χειρος απεσκεδασεν νεφος ανδρων
> Νηας ες αγχιαλυς: v. 32.

Atque hic nobis ſe offert *Callimachi* emendandi occaſio:

> Αι πρωται θοα τοξα και αμφ' ωμοισι φαρετρας
> Ιοδοκυς εφορησαν· ασυλωτοι δε φιν ωμοι
> Δεξιτεροι, και γυμνος αει παρεφαινετο μαζος. H. Dian. 212.

Vox ασυλωτοι cùm manifeſtè vitioſa ſit, *Toupius* ſibi et aliis viſus eſt feliciſſimè emendâſſe reponendo ατυλωτοι· quæ quidèm emendatio, utpotè figurâ duriori, mihi neutiquàm arridet: v. illum ad Suid. iii. 233. et Theoc. 399. Judicet lector ——

> —— *an magè ſit noſtrum penetrabile telum:*

> ———— ΑΚΩΛΥΤΟΙ δε φιν ωμοι
> Δεξιτεροι.

Verùm enimverò opus eſt aleæ periculoſæ plenum contendere cum viro, ut mihi videtur, poſt *Bentleium* in his rebus acutiſſimo: nemo autèm debet vitio vertere, abſint modò contumelia et arrogantia.

V. 235. Trahuntur: i. e. *ſe trahunt* vel *extendunt*; in ſignificatione *vocis mediæ*, ut *extenditur*. Æn. vi. 423. x. 407.

V. 239. Se verteret. Quod per *activam vocem* cum *pronomine* hic expreſſit, per *mediam* maluit Æn. ii. 250. VERTITUR *intereà cœlum*.

V. 241. *Ità* in αποδοσει omittitur, ut ſæpiùs: vera enim conſtructio eſt: *Mundus* UT *conſurgit*, ITA *premitur*. Hæc omiſ-

Sub

Sub pedibus Styx atra videt, manéſque profundi.
Maximus hîc flexu ſinuoſo elabitur anguis
Circùm, perque duas in morem fluminis Arctos;
Arctos, Oceani metuentes æquore tingi.
Illîc, ut perhibent, aut intempeſta ſilet nox
Sempèr, et obtentâ denſantur nocte tenebræ;
Aut redit à nobis Aurora, diémque reducit:
Nóſque ubi primus equis oriens afflavit anhelis,

ſio fraudi fuit interpretibus ad pulcherrimum pulcherrimi poematii locum:

> Ὡς μοι και τεκτων μεγ᾽ απεχθεται, ὁστις ερευνῃ
> Ισον ορευς κορυφᾳ τελεσαι δομον Ωρομεδοντος.
> Και Μοισαν ορνιχες, ὁσσοι ποτι Χιον αοιδον
> Αντια κοκκυζοντες ετωσια μοχθιζοντι: Theoc. vii. 45.

i. e. ὡς τεκτων — ΟΥΤΩ και ορνιχες.

Atque hinc feliciſſimè, nî fallor, reſtituo miſerè depravatum *Homeri* locum; qui quanto eſt poetarum maximus, tanto majoris æſtimari debet quævis illius emendatio.

> Οιος δ᾽ αστηρ εισι μετ᾽ αστρασι νυκτος αμολγῳ
> Εσπερος, ὁς καλλιστος εν ουρανῳ ἱσταται αστηρ·
> ΦΩΣ αιχμης απελαμπ᾽ ευηκεος, ἡν αρ᾽ Αχιλλευς
> Παλλεν δεξιτερῃ: Il. X. 317.

Sed nec adhùc ſanus eſt αοιδος Χιος: quid enim? futilis eſt omninò et ſine ſuâ vi το ΑΡ᾽— lege potiùs:

> ——————— ἡν ΑΠ᾽ Αχιλλευς
> Παλλεν ΔΕΞΙΤΕΡΗΣ. ———

Alterum hujuſce rei exemplum videas in Epig. Antip. Sid. 8. Ed. *Brunck.*

V. 246. Tingi: i. e. *ſe tingere: voce mediâ.* Aliud Maluit ii. 481.

V. 249. Aut redit —. Hanc opinionem amplectitur Æn. ii. 250. *ruit Oceano nox:* i. e. *nox venit* AB *Oceano.* Atque hinc, opinor, rectè intelligendum *Meleagri* epigramma:

> ΝΥΞ ἱερη, και Λυχνε, συνιστορας ουτινας αλλους
> Ορκοις αλλ᾽ ὑμεας ειλομεθ᾽ αμφοτεροι·
> Χὠ μεν εμε στερξειν, κεινον δ᾽ εγω ουποτε λειψειν
> Ωμοσαμην· κοινην δ᾽ ειχετε μαρτυριην.
> Νυν δ᾽ ὁ μεν ΟΡΚΙΑ φησιν εν ΥΔΑΤΙ ΚΕΙΝΑ φερεσθαι·
> Λυχνε, συ δ᾽ εν κολποις αυτον ὁρας ἑτερων.

Illîc ſera rubens accendit lumina Veſper.
  Hinc tempeſtates dubio prædiſcere cœlo
Poſſumus; hinc meſsíſque diem, tempuſque ſerendi:
Et quando infidum remis impellere marmor
Conveniat; quandò armatas deducere claſſes,
Aut tempeſtivam ſylvis evertere pinum.
  Nec fruſtrà ſignorum obitus ſpeculamur et ortus,
Temporibúſque parem diverſis quatuor annum.
  Frigidus agricolam ſi quandò continet imber;
Multa, forent quæ mox cœlo properanda ſereno,
Maturare datur. Durum procudit arator
Vomeris obtuſi dentem: cavat arbore lintres:
Aut pecori ſignum, aut numeros impreſſit acervis.
Exacuunt alii vallos, furcáſque bicornes,
Atque Amerina parant lentæ retinacula viti
Nunc facilis rubeâ texatur fiſcina virgâ:
Nunc torrete igni fruges, nunc frangite ſaxo.
Quippè etiàm feſtis quædam exercere diebus
Fas et jura ſinunt: rivos deducere nulla
Relligio vetuit, ſegeti prætendere ſepem,
Inſidias avibus moliri, incendere vepres,
Balantúmque gregem fluvio merſare ſalubri.
Sæpè oleo tardi coſtas agitator aſelli
Villibus aut onerat pomis: lapidemque revertens
Incuſum, aut atræ maſſam picis urbe reportat.
  Ipſa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum. Quintam fuge: pallidus Orcus
Eumenideſque ſatæ. Tum partu Terra nefando

et notet lector *Anglicanus* phraſim noſtræ ſimilem: ȣτινας αλλȣς ἀλλ' ὑμεας — *no other* BÚT *you*. Et noſtra ſanè lingua ità ſæpiſſimè reſpondet *Græcæ*, ſuprà omnes, quas novi, alias, vel antiquas vel hodiernas.

V. 251. Illic. — Repone omninò *illis*:

> NOS*que ubi primus equis oriens afflavit anhelis,*
> ILLIS *ſera rubens accendit lumina veſper.*

Cœúmque

Cœúmque, Iapetúmque creat, ſævumque Typhoeä,
Et conjuratos cœlum reſcindere fratres.
Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam
Scilicet, atque Oſſæ frondoſum involvere Olympum:
Ter Pater extructos disjecit fulmine montes.
Septima poſt decimam felix et ponere vitem,
Et prenſos domitare boves, et licia telæ
Addere: nona fugæ melior, contraria furtis.
  Multa adeò gelidâ meliùs ſe nocte dedêre;
Aut cùm ſole novo terras irrorat Eous.
Nocte leves ſtipulæ meliùs, nocte arida prata
Tondentur: noctes lentus non deficit humor.
Et quidam ſeros hyberni ad luminis ignes
Pervigilat, ferróque faces inſpicat acuto.

V. 283. Quotieſcunque noſter majori cum dignitate rem aliquam vult depingere, periodum ſolet claudere uno verſu ab aliis ſejuncto, ut in hoc loco: quod et habet multum gratiæ et majeſtatis, et pleniùs aures implet. Hoc equidèm contentus ſubmonuiſſe; (quod fortaſsè *Maronis* amatoribus non erit ingratum, et ſæpiſſimè occurrit) exemplis congerendis non immorabor.

V. 288. Hic verſus certiſſimè mendoſus eſt: non enim benè conveniunt *ſole novo* et *Eous*, tum quòd, ut apud omnes poetas, *ros* cadat *ante* ortum ſolem; tum quòd *Eous* veniat ſolis prænuncius, et in nullà ſit ratione, cum ſe ſol ipſe oſtenderit: v. infrà 290. Ecl. viii. 15. Geo. ii. 202. iii. 337, &c. Quantum ipſe valeam diſcernere, reſtitui debet—*Aut cum* MANE *novo*——

Ità noſter Geo. iii. 324.

> LUCIFERI PRIMO CUM SIDERE *frigida rura*
> *Carpamus*; *dum* MANE NOVUM, *dum gramina canent*,
> *Et* ROS *in tenerâ pecori gratiſſimus herbâ.*

Reddit *Martynus:* "When the Morning bedews the Earth "at Sun-riſing." Quaſi ſcilicèt hoc fieret *alio* quovis tempore! Mirum eſt tam facilè ſibi placere potuiſſe viros doctos, atque etiàm per ſomnium tantas abſurditates effutiiſſe.

V. 292. Faces.—E *pinu* ſcilicèt vel ſimili quovis ligno factas, ut et apud *Græcos:* undè *Menander:*

Intereà, longum cantu ſolata laborem,
Arguto conjux percurrit pectine telas:
Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorem,
Et foliis undam trepidi deſpumat aheni.

Ο φανος εϛι μεϛος ὑδατος ουτοσι·
Δει τ' ουχι σειειν, αλλα ποδιειν αυτον. Ανεψ.

Ità, *Bentleio* referente, extat apud *Athenæum.* Reponit *Caſaubonus* ad *Athenæum*:

Δει τ' ουχι σειειν αυτον, αλλα γε σποδιειν·

quod plus uno nomine damnat, et meritò, *Bentleius.* Ipſe corrigit:

Δει τ' ουχι σειειν, αλλ' αποσειειν αυτοθεν·

eleganter: ſed mallem pro αποσειειν reponere, αποδικειν—abjicere—minori literarum differentiâ: vocem quidem *lexicis* ignotam, ſed non *Euripidi*, quem ſectatus eſt *Menander*: v. Herc. Fur. 1207.

V. 295. Humorem.—" Hypermetrus verſus eſt: undè et " ſequens à vocali inchoat:" *Servius.*—Hoc tam in *Lyricis* quàm *Heroicis* (ſcio quid dicam) veriſſimum lector inveniet. Neque tam fidentèr de hâc re, utpote notiſſimâ, pronunciarem niſi quidam vir, eximiâ ſanè doctrinâ mihique amiciſſimus, hoc per ſermonem ſtrenuè pernegâſſet. Duas tantùm exceptiones novi, quæ nihil negotii nobis dabunt: plures verò aut ille aut aliùs quiſpiam è probis auctoribus mihi, ſi poteſt, proferat.

——— *Quin protenùs* OMNIA
Perlegerent oculis: Æn. vi. 33.

SERVIUS legit—*omnem*, quod ferri neutiquàm poteſt: neque *ia* per *Synizeſin*, ut vult *Pierius*, coaleſcet; quæ in his vocalibus locum non habet. Porrò infelicior eſt ille criticus, cum affirmet in hypermetris verſibus, non opus eſſe, ut qui ſubſequitur à vocali incipiat, et ad Ecl. vi. 30. provocet:

Nec tantum Rhodope mirantur et Iſmarus ORPHEA:

atque ad Æn. i. 726.

—— *dependent lychni laquearibus* AUREIS:

quis enim neſcit hæc vocalia *ea*, et *ei* facillimè coaleſcere? Ορφεα, Ορφη—et in ipſo *Virgilio*——

ORPHEI *Calliopea*, *Lino formoſus Apollo*: Ecl. iv. 57.

At

At rubicunda Ceres medio ſucciditur æſtu,
Et medio toſtas æſtu terit area fruges.
Nudus ara, ſere nudus: hyems ignava colono.
Frigoribus parto agricolæ plerumque fruuntur,

atque id genus μυρια, quæ nihil omninò ad rem faciunt.—Enimverò in *Æneidos* loco primùm allato legendum eſt, ſi me ſatis audies, OMNE—*opus* ſcilicet: ità enim in verſ. 31.

———— *tu quoque magnam*
Partem OPERE IN TANTO, *ſineret dolor, Icare, haberes.*

Alterum, quod contrà me ſtat, exemplum eſt in Hor. Sat. ii. 2. 22.

——*pinguem vitiis albumque, nec* OSTREA,
NEC *ſcarus, aut poterit peregrina juvare lagois.*

ubi, quamvis *Græco* more, *vocales* poſſent coaleſcere, ut ſuprà *Orphea*, et *meum*, *Deum*, &c. perpetuò apud comicos; mallem tamèn reponere AUT *ſcarus:* ſed ſuum lectori judicium relinquimus. Vide nos ii. 137.

V. 296. Quidam legunt *tepidi:* quæ lectio nihil aut probi aut novi confert ad loci ſenſum: v. Æn. viii. 22.

V. 300. Neque alitèr Bion. vi. 5.

Η και χειμα δυσεργον; επει και χειματι πολλοι
Θαλπομενοι θελγονται αεργιῃ τε και οκνῳ.

ubi ſecum reputet lector an non pro θαλπομενοι meliùs ſtaret TEPΠOMENOI, i. e. LÆTI, ut noſter: at nullus dubito quìn οκνῳ error ſit pro OΛBΩι: quod etiàm expreſſit *Maro* per vocem PARTO.

—— ιμειροντες αει πολυ πληονος ΟΛΒΩ: Bion v. 12.

Neque non hùc faciunt *Heſiodi* quædam Op. et Di. ii. 111. Ed. Cant. quæ prolixiora dabo propter loci obſcuritatem, et elegantiam:

Παρ δ' ιθι χαλκειον θωκον, και επαλεα λεσχην
Ωρῃ χειμεριῃ, ὁποτε κρυος ανερας εργον
Ισχανει· ενθα κ' αοκνος ανηρ μεγα οικον οφελλει·
Μη σε κακου χειμωνος αμηχανιη καταμαρψῃ
Συν πενιῃ· λεπτῃ δε παχυν ποδα χειρι πιεζοις.
Πολλα δ' αεργος ανηρ, κενεην επι ελπιδα μιμνων,
Χρηιζων βιοτοιο, κακα προσελεξατο θυμῳ.
Ελπις δ' ουκ αγαθη κεχρημενον ανδρα κομιζει,
Ημενον εν λεσχῃ, τῳ μη βιος αρκιος ειη.
Δεικνυε δε δμωεσσι, θερευς ετι μεσσου εοντος·
Ουκ αιει θερος εσσειται· Ποιεισθε καλιας.

Mu-

Mutuáque inter ſe læti convivia curant:
Invitat genialis hyems, curáſque reſolvit.

De παρειθι *J. Heſkino* libentèr aſſentior, qui hunc locum ad *Bionem* citat, et reddit *præteri — vita:* hoc enim efflagitat poetæ mens et propoſitum. Quid autèm de επαλεα ſtatuendum eſt? voce, opinor, et ſcriptoribus paritèr et *Lexicographis* ignotâ. Multo tamèn minùs tolerari poteſt επ᾽ αλεᾳ, ut quædam editt. habent, iratis, quotquot ſunt, *Muſis* et *Apollinibus*. Mihi quidèm legendum videtur Κ᾽ΑΠΑΛΕΥΕΟ, vel Χ᾽ΥΠΑΛΕΥΕΟ λεσχην. Apud noſtrum, ut omittam alios, ad finem hujuſce poematis invenimus ——

—— δεινην δε βροτων ΥΠΑΛΕΥΕΟ φημην.

Ενθα porrò, in verſ. 3tio, eſt — *quandò* — *quo tempore:* ΕΝΘΑ, το τε ΧΡΟΝΙΚΟΝ, και εν τοπῳ: Heſych. et ſtatim mihi in animum venit notiſſimus *Homeri* locus:

ΕΝΘ᾽ αυ Τυδειδῃ Διομηδεϊ — κ.τ.λ.

ubi Schol. ΤΟΤΕ δη· επιῤῥημα χρονικον. Et quibus modis tunc temporis *vir ſedulus domum augere poterit*, nos docebit ipſe *Maro*, Geo. i. 261—268.

Mallem etiàm legere — Ενθα Γ᾽ αοκνος ανηρ — και enim minimè videtur loco convenire.

Κακα προσελεξατο θυμῳ — eſt in primis elegans — *de multis non eventuris, niſi in ſuum malum, cum ſuo animo colloquitur.*

Κομιζει — eſt — *alit* — *nutrit* — *lactat:* ut quidam *Latinorum:* LACTARE, *et falſâ ſpe* PRODUCERE. Κομισαι, ΘΡΕΨΑΙ, ΑΝΑΓΑΓΕΙΝ — Heſych. quæ mirè conveniunt. Atque hinc mihi videtur ille *Lexicographus* in προσαγομενον, αγαπησαντα — corrigendus, reponendo ΑΠΑΤΗΣΑΝΤΑ. Similiter *Euripides:*

Ελπις μ᾽ αει ΠΡΟΣΗΓΕ — Androm. 27.

Alium verò locum eſſe in eâdem fabulâ, qui fortaſsè pro receptâ *Heſychii* lectione ſtare quibuſdam videatur, non diſſimulabo:

Και ταυτα δρωσα, τῃ ῥετῃ ΠΡΟΣΗΓΟΜΗΝ
Ποσιν ——

quod ſanè venuſtiſſimum — *ad me allexi*, ſed meæ conjecturæ, ut opinor, nihil obſtat.

De λεσχῃ inſupèr, quam hic bis uſus eſt *Heſiodus*, ait *Heſychius:* Ο δημοσιος τοπος, εν ᾧ διετριβον οἱ πτωχοι.

Ποιεισθε καλιας — VOBISMETIPSIS FACITE *nidos:* quæ genuina eſt *mediæ vocis* vis. — Atque hæc ideò longiùs produximus, ut

Ceu

Ceu preſſæ cùm jam portum tetigêre carinæ,
Puppibus et læti nautæ impoſuêre coronas.
Sed tamèn et quernas glandes tum ſtringere tempus,
Et lauri baccas, oleámque, cruentáque myrta:
Tunc gruibus pedicas et retia ponere cervis,
Auritóſque ſequi lepores: tum figere damas,
Stupea torquentem Balearis verbera fundæ;
Cùm nix alta jacet, glaciem cùm flumina trudunt.
  Quid tempeſtates autumni et ſidera dicam?
Atque, ubi jam breviorque dies et mollior æſtas,
Quæ vigilanda viris? vel cùm ruit imbriferum ver;
Spicea jam campis cùm meſſis inhorruit, et cùm
Frumenta in viridi ſtipulâ lactentia turgent?
Sæpè ego, cùm flavis meſſorem induceret arvis
Agricola et fragili jam ſtringeret hordea culmo,
Omnia ventorum concurrere prælia vidi,
Quæ gravidam latè ſegetem ab radicibus imis
Sublimè expulſam eruerent: ita turbine nigro
Ferret hyems culmúmque levem, ſtipulaſque volantes.
Sæpe etiam immenſum cœlo venit agmen aquarum,
Et fœdam glomerant tempeſtatem imbribus atris
Collectæ ex alto nubes: ruit arduus æther,

videant juvenes, quot et quales elegantiarum theſauros illis aperiet *Græcæ* linguæ vehemens ſtudium.

V. 315. lactentia.—Hâc metaphorâ feliciſſimè eſt uſus *Lycophron:*

> Αι, Αι· στεναζω και σου ΕΥΓΛΑΓΟΝ θαλος,
> Ω σκυμνε. v. 307.

V. 320. ità.—"Just as *a black Whirlwind would carry away*"—*Martynus.* Ridiculum! quaſi jam comparationem inſtitueret poeta, neque in deſcriptione pergeret! Sed hæc interpretatio vel pueris, opinor, nares contrahet: ideòque deſino.

V. 324. collectæ ex alto.—Interpretes ſatis multas nobis comminiſcuntur horum verborum explicationes; ſed nemo, meâ quidèm ſententiâ, veritatem aſſecutus eſt. *Ex alto* intelligo equidèm velle—"nubes collectas ab *ultimâ extremitate* et ab *omni parte cœli* in unum locum"—"à *profunditate*, ubicunque

Et

Et pluviâ ingenti ſata læta, boúmque labores
Diluit: implentur foſſæ, et cava flumina creſcunt
Cum ſonitu, fervetque fretis ſpirantibus æquor.
Ipſe pater, mediâ nimborum in nocte, coruſcâ
Fulmina molitur dextrâ: quo maxima motu
Terra tremit; fugêre feræ; et mortalia corda
Per gentes humilis ſtravit pavor: ille flagranti
Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Dejicit: ingeminant Auſtri, et denſiſſimus imber:
Nunc nemora ingenti vento, nunc litora plangit.
  Hoc metuens, cœli menſes et ſidera ſerva:
Frigida Saturni ſeſe quò ſtella receptet;

pateat, ætheris." Neque alia eſſe videtur mens hujuſce locutionis et alibi apud noſtrum:

> *Suſpecti tibi ſint imbres; namque urget* AB ALTO
> *Arboribuſque ſatiſque notus pecorique ſiniſter:* v. 443.

i. e. Notus *longè petitus*, irruenſque magnâ vi.

> *Fluctus ut, in medio cœpit cum albeſcere ponto,*
> LONGIUS EX ALTO*que ſinum trahit:* Geo. iii. 237.

V. 326. Benè dixit *cava*, ut oſtendat *altitudinem riparum*, et *diluvii magnitudinem.*

V. 334. plangit:—i. e. *verberat Jupiter:* ut *Horatius: trementes* VERBERE *ripas.* Ità certiſſimè legendum. Habet *Lucretius: fluctus* PLANGENTES *ſaxa:* ii. 1155. et ſimilitèr vi. 114.

> *Aut ubi ſuſpenſam veſtem, chartaſve volantes,*
> VERBERIBUS *venti verſant,* PLANGUNT*que per auras.*

Et, opinor, *plangunt* in *neutrâ* ſignificatione pro *reſonant* nemo adhùc novit. Si ea lectio omninò retinenda eſt, tunc erit *auſtri et denſiſſimus imber*, qui *plangunt nemora et littora.*

V. 335. menſes.—Huic dictioni nihil eſt hìc loci: dixerat enim noſter has tempeſtates plerumque ſævire ſub *tempus meſſis:* atqui non eſt agricolæ mutare *menſes* et tempora, in quibus ſegetes ad maturitatem veniant. *Sidera* quidèm et varios *cœli habitus* ſub hoc tempus utile fuerit obſervare. Videat igitùr lector, an non pro *menſes* legendum ſit MORES: ità v. 51.

> VENTOS *et varium* COELI *prædiſcere* MOREM
> *Cura ſit.*

Quos

Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes.
Imprimis venerare Deos, atque annua magnæ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis,
Extremæ ſub caſum hyemis, jam vere ſereno.
Tunc agni pingues, et tunc molliſſima vina:
Tum ſomni dulces, denſæque in montibus umbræ.
Cuncta tibi Cererem pubes agreſtis adoret;
Cui tu lacte favos, et miti dilue Baccho,
Terque novas circum felix eat hoſtia fruges;
Omnis quam chorus et ſocii comitentur ovantes;
Et Cererem clamore vocent in tecta: neque antè
Falcem maturis quiſquam ſupponat ariſtis,
Quàm Cereri, tortâ redimitus tempora quercu,
Det motus incompoſitos, et carmina dicat.
  Atque hæc ut certis poſſimus diſcere ſignis,
Æſtúſque, pluviaſque, et agentes frigora ventos;
Ipſe pater ſtatuit, quid menſtrua Luna moneret;
Quo ſigno caderent Auſtri; quid ſæpè videntes

V. 341. agni pingues: ideòque victimæ *Cereri* gratiores. Hinc ità diſtinguo locum in *primâ eclogâ* vel pueris notiſſimum:

Quamvis multa meis exiret VICTIMA *ſeptis*
PINGUIS, *et ingratæ premeretur caſeus urbi.*

Hinc, opinor, corrigendus Tzetz. Chil. v. 729. ΕΥμοϱφοτεϱον· quod etiàm cautum fuit legis *Judaicæ* præceptis. Similitèr *Anacreon:*

——— Διωνυσῳ δε φεϱυσι
Κισσον, και ϛαφυλην, ΠΙΟΝΑ και χιμαϱον.

Teſte inſupèr *Pierio* in quibuidam MSS. legitur: *Tum pingues agni:* quod ſuavius venit et concinnius ad aurem. Vanus ſcilicèt ob verſum metus correctioni, ſi Dîs placet, anſam præbuit: v. nos ſuprà verſ. 4. et iii. 430.

V. 345. novas fruges: *The new Fruits*: *Martynus.* Hem! huic mandes, ſi quid rectè interpretatum velis. Per *novas fruges* vult noſter *ſegetes* jam primùm è ſinu terræ emergentes *extremæ ſub caſum hyemis*; cui locutioni opponitur infrà *maturis ariſtis. Ceres* potiſſimùm veneranda eſt, *frugibus jam novè ſurgentibus*; nec tamèn *maturis* ea non eſt colenda.

Agri-

Agricolæ propiùs ſtabulis armenta tenerent.
Continuò ventis ſurgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumeſcere, et aridus altis
Montibus audiri fragor; aut reſonantia longè
Litora miſceri, et nemorum increbeſcere murmur.
Jam ſibi tum curvis male temperat unda carinis,
Cùm medio celeres revolant ex æquore mergi,
Clamorémque ferunt ad litora; cúmque marinæ
In ſicco ludunt fulicæ; notáſque paludes
Deſerit, atque altam ſupra volat ardea nubem.
Sæpè etiàm ſtellas, vento impendente, videbis
Præcipites cœlo labi; noctiſque per umbram
Flammarum longos à tergo albeſcere tractus:
Sæpè levem paleam et frondes volitare caducas,
Aut ſummâ nantes in aquâ colludere plumas.
Aut Boreæ de parte trucis cùm fulminat, et cùm

V. 360. Sibi. Hæc vox planè importuna eſt in hoc loco; atque miſerè et uſque ad riſum in ſenſu expediendo torquetur *Servius*. Lege TIBI: et hic uſus hujuſce pronominis exquiſita eſt elegantia; quod hominibus non inficetis notiſſimum.

V. 367. albeſcere.—i. e. *ſplendeſcere*, ut et λευκὸς *Græcorum* in tali re eſt *ſplendidus*. Sic ſuprà verſ. 217. CANDIDUS *Taurus*. Et ad eundem modum *Jeſu transformati* veſtimenta, quæ dicit *D. Matthæus* eſſe ΛΕΥΚΑ ὡς το φως—xvii. 2. et *D. Marcus* ΛΕΥΚΑ λιαν ὡς ΧΙΩΝ—ix. 3. hic eodem tempore dicit ΣΤΙΛΒΟΝΤΑ· et *D. Lucas*—ΛΕΥΚΑ ΕΞΑΣΤΡΑΠΤΟΝΤΑ—ix. 29. Quinetiàm in loco ſuprà memorato, quod exprimit *D. Matthæus* per ΕΛΑΜΨΕΝ, ὡς ὁ ΗΛΙΟΣ, non minùs benè expreſſit *Homerus* per——

——————ΛΕΥΚΟΝ δ' ἦν, ΗΕΛΙΟΣ ὡς: Il. Ξ. 185.

Hinc errat *Epiſcopus Llandavicenſis*, vir multarum litterárum, cum, de *colore Orichalci* veterum quæſtionem inſtituens, ad partes vocat *Virgilium* noſtrum:—*auro ſqualentem* ALBO*que ori-chalco*: ità enim *Heſiodus* dixit S. H. 122. ὀρειχάλκοιο ΦΑΕΙΝΟΥ.

Ità etiàm longè meliùs accipitur ὁ λευκασπις λαὸς. cum de *toto* exercitu dicatur in primis monoſtrophicis *Æſchyli* Sept. ad Theb. quod, ut alia multa, ſibi deſumpſit *Euripides* Phæn. 1134.

Eurίque

Eurique Zephyrique tonat domus; omnia plenis
Rura natant foſſis, atque omnis navita ponto
Humida vela legit. Nunquàm imprudentibus imber
Obfuit. Aut illum ſurgentem vallibus imis
Aëriæ fugêre grues; aut bucula cœlum
Suſpiciens, patulis captavit naribus auras;
Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo;
Et veterem in limo ranæ cecinêre querelam.
Sæpiùs et tectis penetralibus extulit ova
Anguſtum formica terens iter: et bibit ingens
Arcus: et è paſtu decedens agmine magno
Corvorum increpuit denſis exercitus alis.
Jam varias pelagi volucres, et quæ Aſia circum
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cäyſtri,
Certatim largos humeris infundere rores;
Nunc caput objectare fretis, nunc currere in undas,
Et ſtudio incaſsùm videas geſtire lavandi.
Tum cornix plenâ pluviam vocat improba voce,

V. 371. Eurique Zephyrique.—Similitèr brevis vocalis extrà cæſuram ſolitam duobus ſeqq. conſonantibus ſuſtentatur in Æn. vi. 421. quod tamèn non admonuiſſem, niſi interpretes pro ſuâ ſagacitate locum peſſimè acciperent.

V. 372. Ordo eſt: *Atque omnis navita legit vela*, quæ ſunt *humida ponto*. Atque idem ordo et infrà obſervandus eſt ver. 418. *Jupiter uvidus auſtris.*—Cum verò dicit *navitam* LEGERE *vela* HUMIDA—indicat *magnitudinem periculi*; eò quòd ſoleant nautæ *humida vela* ventis ſiccanda *liberè expandere.*

V. 381. Noſter in his exquiſitis verſibus multùm *Homero* debet; cujus locus cum tranſpoſitionem videtur paſſus, eo ordine, quem rectum judico, hìc lectori ſubjiciam:

Των δ᾽ ὡς᾽ ορνιθων πετεηνων εθνεα πολλα,
Ασιῳ εν λειμωνι Καϋςρις αμφι ῥεεθρα,
Ενθα και ενθα ποτωνται ΑΓΑΛΛΟΜΕΝΑ πτερυγεσσι,
Χηνων η γερανων, η κυκνων δȣλιχοδειρων
Κλαγγηδον προκαθιζοντων· σμαραγει δε τε λειμων. Il. B. 459.

V. 387. Incaſſum.—"Hoc ideò dicit, quià plumarum compoſitio aquam minimè ad corpus admittit." *Servius.* Quod verum.

Et

Et ſola in ſiccâ ſecum ſpatiatur arenâ.
Nec nocturna quidèm carpentes penſa puellæ
Neſcivêre hyemem: teſtâ cum ardente viderent
Scintillare oleum, et putres concreſcere fungos.
 Nec minùs ex imbri ſoles et aperta ſerena
Proſpicere, et certis poteris cognoſcere ſignis.
Nam neque tum ſtellis acies obtuſa videtur;
Nec, fratris radiis obnoxia, ſurgere Luna;
Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.
Non tepidum ad ſolem pennas in litore pandunt
Dilectæ Thetidi Halcyones; non ore ſolutos
Immundi meminêre ſues jactare maniplos.

Hic autèm ſe deridendum nobis præbet *Delphin.* editor; qui, frugibus inventis (quod aiunt) glandibus veſci maluit.—“ *Incaſſum: fruſtrà:* quià cycnorum candori nihil addi per lotionem poteſt.”—Feſtivum hominem!

V. 390. Nec.—Elegantiùs, opinor, legas:

Ne *nocturna* quidem ——

v. not. verſ. 126. atque ità jam video, *Pierio* referente, locum ſtare in *Romano* codice.

V. 396. Verſum difficilem ità bene explicat *Servius:*

“ Subaudi à ſuperioribus, *obtuſa luna*; nam hoc dicit: Nec tamèn luna videtur obtuſa, quæ eſt radiis ſolis obnoxia.”—Hunc autèm benè monentem ſtulti interpretes neglexerunt.

V. 399. dilectæ Thetidi Alcyones.

Huic ſimilis eſt *Theocriti* locus, quo nullum infelicius acceptum et criticis et interpretibus alibi reperies.

Χἀλκυονες ϛορεσευντι τα κυματα ταν τε θαλασσαν,
Τον τε νοτον, τον τ᾽ ευρον, ὁς εσχατα φυκια κινει·
Αλκυονες, γλαυκαις Νηρηΐσι ται τε μαλιϛα
Ορνιχων εφιλαθεν, ΟΣΑΙΣ τε περ εξ ἁλος αγρα. vii. 57.

Cum in conſtructione, ut opinor, hæreret, et meritò, *Brunckius*, reponebat—ὁσαισι—ſensûs interim ſecurus, qui longè eſt ab auctoris mente alieniſſimus, et planè nullus. Lege:

—— —— ΟΣΟΙΣ τε περ εξ ἁλος αγρα.

i. e. PISCATORIBUS; qui tum demùm, pacato mari, occupationi ſuæ tutò vacare poſſunt. Vide Moſch v. 10. Nihil certius. Si quis porrò volet legere:

At

At nebulæ magìs ima petunt, campoque recumbunt:
Solis et occaſum ſervans de culmine ſummo
Necquicquam ſeros exercet noctua cantus.
Apparet liquido ſublimis in aëre Niſus,
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
Quàcunque illa levem fugiens ſecat æthera pennis,
Ecce! inimicus atrox magno ſtridore per auras,
Inſequitur Niſus: quâ ſe fert Niſus ad auras

—— ΓΛΑΥΚΩι Νηρηΐσι ται τε μαλιϛα ——

non me habebit repugnantèm: v. Geo. i. 437.

Quid autèm ſi in hoc Idyllio paulùm procedamus, ut alia macula fœdiſſima à carmine nitidiſſimo expurgetur?

> Κἠγω τηνο κατ' αμαρ, ανηθινον η ῥοδοεντα,
> Η και λευκοΐων ϛεφανον περι κρατι ΦΥΛΑΣΣΩΝ,
> Τον Πτελεατικον οινον απο κρητηρ© αφυξω,
> Παρ πυρι κεκλιμεν©: verſ. 63.

pro φυλασσων quis non fatebitur poetam dediſſe ΠΥΚΑΣΔΩΝ; — Sic *Anacreon*, harum rerum antiſtes:

> —— ῥοδοις δε κρατα
> ΠΥΚΑΣΟΝ. iv. et ità iterùm v. 16. xxì. 6. Bion. vii. 20.

Eur. Alceſt. 795. 832. v. etiàm Theoc. ii. 153. xx. 22. Demoſt. p. 332. Ed. Lutet. Locutio denique vix ulla magis frequens. — Dubito autèm, an non etiàm pro παρ' πυρι — legere debeamus — Παρ ΔΡΥΙ: v. verſ. 133. 135. Sic Anth. ii. p. 298. —— σκιαρα ΠΑΡ ΔΡΥΙ ΚΕΚΛΙΜΕΝΟΣ.

V. 403. Nequicquam — id eſt, *non: Servius.* Veriſſimè: ità enim melius cum *Arato* reſpondet noſter:

> ———————— νυκτερινη γλαυξ
> ΗΣΥΧΟΝ αειδουσα, μαραινομενε χειμων©
> Γινεσθω τοι σημα.

In hoc tamèn fallitur vir bonus, quòd ad partes vocet verſum *Perſianum:*

> NEQUICQUAM *fundo ſuſpirat nummus in imo:*

hæc enim interpretatio loci ſenſum omnem peſsùm dat. Perſpicaciùs vidit elegantiſſimus *Brewſterus:*

> *One melancholy Piece remains alone,*
> *And for it's Fellows ſighs with* FRUITLESS *Moan.*

Illa

Illa levem fugiens raptim ſecat æthera pennis.
Tum liquidas corvi preſſo ter gutture voces
Aut quater ingeminant; et ſæpè cubilibus altis,
Neſcio quâ præter ſolitum dulcedine læti,
Inter ſe in foliis ſtrepitant: juvat imbribus actis,
Progeniem parvam, dulceſque reviſere nidos.
Haud equidèm credo, quià ſit divinitus illis
Ingenium, aut rerum fato prudentia major:

V. 411. altis. — Nihil fidentèr vellem affirmare; ſed judicet lector, an non — *cubilibus* ALTI — lectio foret multis nominibus præferenda, et longè elegantior. Sic Geo. ii. 461.

—— —— FORIBUS *domus* ALTA *ſuperbis.*
—— —— *ſedet* ALTUS OLYMPO: Æn. xi. 726.
—— ALTUS EQUO: xii. 295.

V. 413. in foliis. Ità, teſte *Pierio*, in antiquis ferè omnibus exemplaribus legitur: et quidèm rectiſſimè; cùm aliud nomen ſit huic ſententiæ in eodem caſu, quod ab eodem verbo pendet, niſi accipiatur noſtra emendatio ſuprà propoſita.

Porrò, ni fallor, *το neſcio* (v. 412.) ſola eſt vox (ſi excipias *ego*, et *ſcio* — quod idem eſt) in *o* deſinens, quæ corripitur à *Marone*; neque minùs accuratus eſt in hâc re *Horatius* in *Lyricis.* Hanc etiàm vocem, ut mihi videtur, nequaquàm corripuiſſent, niſi *neſcio quem* — *neſcio quod*—&c. proverbiales eſſent locutiones, quibus valedicere ſine maximis incommodis non poſſent. Mihi ſempèr maximum movet in hâc re faſtidium *Juvenalis*, quòd, auribus reclamantibus, *verba* in o, et *ſubſtantivorum quintæ decl.* rectos caſus, perpetuò corripiat. Sed ille *Philoſophis* potiùs quàm *poetis* annumerandus eſt.

V. 413. *foliis.*—Hoc igitùr ſignum *æſtati*, non *brumæ*, datur.

V. 415. equidem: — i. e. *ego quidèm:* undè hæc vox nunquàm invenitur in locis ſanis veterum, niſi cum *primâ perſonâ verbi.* Quam proprietatem ignorantes ſcriptores hodierni, in perpetuis erroribus verſantur.

V. 416. Mallem voces hujuſce versûs alitèr diſpoſuiſſet ad hunc modum:

—— *aut fato rerum prudentia major* ——

ut eſſet *prudentia rerum*—potiùs quàm *fato rerum.* Noſter enim: Habet infrà ii. 492. *inexorabile fatum:* et *Perſius* iv. 4.

Scilicèt ingenium, et RERUM PRUDENTIA *velox*
Antè pilos venit.

Verùm,

Verùm, ubi tempeſtas et cœli mobilis humor
Mutavêre vias; et Jupiter humidus Auſtris
Denſat, erant quæ rara modò; et, quæ denſa, relaxat;
Vertuntur ſpecies animorum, et pectora motus
Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat,
Concipiunt: hinc ille avium concentus in agris,
Et lætæ pecudes, et ovantes gutture corvi.
Si verò ſolem ad rapidum, lunáſque ſequentes
Ordine, reſpicies; nunquam te craſtina fallet
Hora, neque inſidiis noctis capiere ſerenæ.
Luna revertentes cùm primùm colligit ignes,
Si nigrum obſcuro comprênderit aëra cornu;
Maximus agricolis pelagóque parabitur imber.
At, ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem,
Ventus erit: vento ſemper rubet aurea Phœbe.
Sin ortu in quarto (namque is certiſſimus auctor)
Pura, neque obtuſis per cœlum cornibus ibit;
Totus et ille dies, et qui naſcentur ab illo
Exactum ad menſem, pluviâ ventíſque carebunt:
Votáque ſervati ſolvent in litore nautæ
Glauco, et Panopeæ, et Inoo Melicertæ.
Sol quoque et exoriens, et cùm ſe condet in undas,
Signa dabit: Solem certiſſima ſigna ſequuntur,
Et quæ manè refert, et quæ ſurgentibus aſtris.

hinc in nobiliſſimo *Horatii* carmine ——

Prudens futuri temporis, exitum
Caliginoſâ nocte premit Deus ——

meliùs jungetur *temporis* cum *prudens:* i. e. " *Deus*, quamvis ſciat quid ſit futurum cras, eventum celat:" — ſed alii fortaſsè aliud placebit. Alibi habet *bonos exitus* — ſine ſubſequente ſubſtantivo: et *animus* RERUM PRUDENS.

V. 437. Mihi perſuaſum eſt hunc verſum, quámquàm ſit ad morem *Græcum* factus, ſtare, et nunc ſtat, iratis Muſis; et reponi debere:

Glauco, et Panopææ, ATQUE *Inoo Melicertæ.*

Ille ubi naſcentem maculis variaverit ortum
Conditus in nubem, medióque refugerit orbe;
Suſpecti tibi ſint imbres: namque urget ab alto
Arboribúſque ſatiſque Notus pecoríque ſiniſter.
Aut ubi ſub lucem denſa inter nubila ſeſe
Diverſi rumpent radii, aut ubi pallida ſurget
Tithoni croceum linquens Aurora cubile;
Heu malè tum mites defendit pampinus uvas:
Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando.
 Hoc etiàm, emenſo cùm jam decedet Olympo,

V. 441. Enimverò hic *Virgilii* locus ſempèr nobis ſuſpectus habebatur; jure autèm an injuriâ mox lector judicet.

> *Ille ubi* NASCENTEM *maculis variaverit* ORTUM
> *Conditus in nubem, medioque refugerit orbe* ——

inſicetias tantas dictionis — *naſcentem ortum* — quis poteſt concoquere, qui *Virgilium*, qualis eſſe ſolet, guſtavit; et poeticas Veneres, quæ demùm ſint, aliquantulùm ſaltèm noverit? Quid plura? Minimè dubitamus, quin oſcitantes librarii duas voces ſtationibus non ſuis aſſignaverint, atque ad hunc modum eſſe reſtituendum locum:

> *Ille ubi* NASCENTEM *maculis variaverit* ORBEM
> *Conditus in nubem,* MEDIO*que refugerit* ORTU ——

hujuſce emendationis, quæ quatuordecim abhinc annis ſeſe nobis obtulit, judicio jam maturiori, nondùm pœnitet; neque, ut auguramur, tentatis aliorum ſententiis, in poſterum pœnitebit. — *Conditus* autèm eſt *ſe condens*, *vocis mediæ* participium.

V. 445. rumpent ſeſe — *Mediâ voce* uti maluit iii. 428.

> —— *amnes* RUMPUNTUR *fontibus*.

V. 450. emenſo Olympo. — Simili metaphorâ in nobiliſſimo loco *Lucretius*; in eâ ſcilicèt *libri tertii* parte, quæ cæteros priorum temporum poetas tantùm ſuperat, quantùm ſuo judicio alios philoſophos *Epicurus*.

> *Ipſe Epicurus obit,* DECURSO LUMINE *vitæ*;
> *Qui genus humanum ingenio ſuperavit, et omnes*
> *Præſtinxit, ſtellas exortus uti ætherius* SOL.

Sunt qui *limite* pro *lumine* volunt legere, atque ità jugulant ele-

Pro-

Profuerit meminiſſe magìs: nam ſæpè videmus
Ipſius in vultu varios errare colores:
Cœruleus pluviam denunciat, igneus Euros.
Sin maculæ incipient rutilo immiſcerier igni;
Omnia tunc paritèr vento nimbíſque videbis
Fervere. Non illâ quiſquam me nocte per altum
Ire, neque à terrâ moneat convellere funem.
At ſi, cùm referétque diem, condétque relatum,
Lucidus orbis erit; fruſtrà terrebere nimbis,
Et claro ſylvas cernes Aquilone moveri.
Denique, quid Veſper ſerus vehat, undè ſerenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auſter,
Sol tibi ſigna dabit: Solem quis dicere falſum
Audeat? ille etiàm cæcos inſtare tumultus
Sæpè monet, fraudémque et operta tumeſcere bella.
Ille etiàm extincto miſeratus Cæſare Romam,
Cùm caput obſcurâ nitidum ferrugine texit,
Impiáque æternam timuerunt ſæcula noctem.
Tempore quanquàm illo tellus quoquè, et æquora ponti,
Obſcœnique canes, importunæque volucres

gantiſſimam figuram; cui et ortum dediſſe videtur, et explicat, *ætherius Sol.*

V. 462. quid cogitet humidus auſter.—Non potuit melius aut venuſtius; undè exſibilandi ſunt, qui volunt legere *cogat et* pro *cogitet:* hoc enim eſt verè poeticum rebus ſenſu carentibus vitam et ſenſum dare. Pari felicitate et *Horatius:*

Cum ſævit, horrendamque cultis
Diluviem MEDITATUR *agris:* Od. iv. 14. 28.

ſi quis verò *minitatur* malit, magni equidèm *Bentleii* rationibus devictus, non repugnabo.

V. 470. *Obſcenique canes* mihi potior videtur τῳ *obſcenæque canes:* ſecundum illud *Horatianum:*

Vixiſſet CANIS IMMUNDUS, *vel amica luto ſus.*

Atque horum *nominum genera* ità, neſcio quo modo, ſuum ordinem ſervant in 2 Pet. ii. 22. Κυων επιϛρεψΑΣ επι το ιδιον εξεραμα· και· Υς λουσαμεΝΗ, εις κυλισμα βορβορου.

Signa dabant. Quotiès Cyclopum effervere in agros
Vidimus undantem ruptis fornacibus Ætnam,
Flammarúmque globos liquefactaque volvere ſaxa?
Armorum ſonitum toto Germania cœlo
Audiît; inſolitis tremuerunt motibus Alpes.
Vox quoquè per lucos vulgò exaudita ſilentes
Ingens, et ſimulacra modis pallentia miris
Viſa ſub obſcurum noctis: pecudéſque locutæ
Infandum! ſiſtunt amnes, terræque dehiſcunt;
Et mœſtum illacrymat templis ebur, æráque ſudant.
Proluit inſano contorquens vortice ſylvas
Fluviorum rex Eridanus, campóſque per omnes
Cum ſtabulis armenta tulit; nec tempore eodem
Triſtibus aut extis fibræ apparere minaces,
Aut puteis manare cruor ceſſavit; et altè
Per noctem reſonare lupis ululantibus urbes.
Non aliàs cœlo ceciderunt plura ſereno
Fulgura, nec diri toties arsêre cometæ.
Ergò inter ſeſe paribus concurrere telis
Romanas acies iterùm vidêre Philippi:
Nec fuit indignum ſuperis, bis ſanguine noſtro
Emathiam et latos Hæmi pingueſcere campos.
Scilicèt et tempus veniet, cùm finibus illis
Agricola, incurvo terram molitus aratro,

V. 482. Ut *Virgilius* verſum hunc cum *anapæſto* inchoaverit, ità *Horatius* et *Manilius* hexametros inchoant cum — *Vehemens* — *Ut* NASIDIENI — *Plaetontem* — *patrio*; quo ſæpiùs utitur *Lucretius*. Mos à *Græcis* migravit: vid. Hom. Il. I. 5. Ψ. 195. Od. I. 283. O. 83. ubi fruſtrà adverſatur *Clarkius*. Ità etiàm *Heſiodus*:

ΤΡΕΣΕ Δ'ΑιΔΗΣ, *ενεροισι καταφθιμενοισιν ανασσων*: Theog. 851.

Hæc autèm non tanti ſunt, ut de illis ſoliciti ſimus; et me illorum vehementèr miſeret pudetque, qui dimetiendis pedibus, ac perpendendis ſyllabis *των στροφων* et *αντιστροφων* veterum tragicorum, conſeneſcant; quaſi in his doctrinæ cardo verteretur.

V. 494. terram molitus aratro. — *Lucretii* elegantiam ſibi tranſtulit:

Exeſa

Exeſa inveniet ſcabrâ rubigine pila;
Aut gravibus raſtris galeas pulſabit inanes,
Grandiaque effoſſis mirabitur oſſa ſepulchris.
Dii patrii Indigites, et Romule, Veſtáque mater,
Quæ Tuſcum Tiberim et Romana palatia ſervas;
Hunc ſaltem everſo juvenem ſuccurrere ſæclo
Ne prohibete. Satìs jampridem ſanguine noſtro
Laomedonteæ luimus perjuria Trojæ.
Jampridem nobis cœli te regia, Cæſar,
Invidet, atque hominum queritur curare triumphos.
Quippè ubi fas verſum atque nefas, tot bella per orbem,
Tam multæ ſcelerum facies: non ullus aratro
Dignus honos: ſqualent abductis arva colonis,
Et curvæ rigidum falces conflantur in enſem.
Hinc movet Euphrates, illinc Germania, bellum:
Vicinæ ruptis inter ſe legibus urbes
Arma ferunt: ſævit toto Mars impius orbe.
Ut cùm carceribus ſeſe effudêre quadrigæ
Addunt in ſpatia; et fruſtrà retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

Nec robuſtus erat curvi moderator ARATRI,
Quiſquam nec ſcibat FERRO MOLIRIER *arva:* V. 931.

ut interpungi debet iſte locus.

V. 513. addunt in ſpatia.—Id eſt, "currendo plus eorum curſus augetur." *Servius:* et hanc procùl dubio interpretationem ſcopus loci poſtulat: ſi verò ipſa verba per ſe ſpectes, nihil eſt interpretatu difficilius. Neque equidèm ipſi ſatisfacere poſſum, neque hilùm adjuvant interpretes vel antiqui vel hodierni. Crediddiſſem ſanè *Latinam* linguam non potuiſſe tolerare—*addunt in ſpatia*—ſed omninò efflagitâſſe *pronomen*—*addunt* SE *in ſpatia*—niſi alitèr ſe rem habere probâſſet *Silius Italicus:*

Jamque, ferè medium evecti certamine campum,
IN SPATIO ADDEBANT: XVI. 373.

Enimverò hæc earum videtur eſſe locutionum, quarum nulla ratio reddi poteſt ſecundum leges grammaticas et linguæ analogiam.

P. VIRGILII MARONIS

GEORGICORUM.

LIBER II.

HACTENÙS arvorum cultus, et ſidera cœli:
Nunc te, Bacche, canam; nec non ſylveſtria tecum
Virgulta, et prolem tardè creſcentis olivæ.
Hùc, pater ô Lenæe, (tuis hîc omnia plena
Muneribùs; tibi pampineo gravidus autumno
Floret ager; ſpumat plenis vindemia labris)
Hùc, pater ô Lenæe, veni: nudatáque muſto
Tinge novo mecum direptis crura cothurnis.

V. 8. Tinge novo—Elegantèr, ut ſolet, *Theocritus:*

> Η μετα δαιτα κλητος επειγεαι; η τινος αςων
> Λανον επιθρωσκεις; ὡς τευ ποσι νεισσομενοιο
> Πασα λιθος πταισισα ποτ' αρβυλιδεσσιν αειδει. vii. 24.

ubi aliquantulùm dubito, an, pro ποσι νεισσομενοιο—quod inficetius, non legendum ſit—ΠΟΤΙΝΕΙΣΣΟΜΕΝΟΙΟ: ſic *Homerus:*

> Ουδ' ὁσ' ες Ορχομενον ποτινισσεται. Il. I. 381.

Et notandum eſt dictionem *Theocriti* πταισισα præter morem *Græcæ* linguæ in hoc loco ſtare, et eſſe quodammodò ſui generis: ſenſus enim—*ſe impingens*—alitèr certiſſimè *mediam vocem* poſtularet.

Prin-

Principio arboribus varia eſt natura creandis.
Namque aliæ, nullis hominum cogentibus, ipſæ
Sponte ſuâ veniunt, campóſque et flumina latè
Curva tenent: ut molle ſiler, lentæque geniſtæ,
Populus, et glaucâ canentia fronde ſalicta.
Pars autèm poſito ſurgunt de ſemine: ut altæ
Caſtaneæ, nemorúmque Jovi quæ maxima frondet
Æſculus, atque habitæ Graiis oracula quercus.
Pullulat ab radice aliis denſiſſima ſylva;
Ut ceraſis, ulmiſque: etiàm Parnaſſia laurus
Parva ſub ingenti matris ſe ſubjicit umbrâ.
Hos natura modos primùm dedit: his genus omne

Nec à *Theocrito* non illuſtratur *Horatii* locus, in quo ſingulari cum urbanitate ſe commendat patrono ſuo:

Quid tibi vis, inſane; et quam rem agis? improbus urget
Iratis precibus: TU PULSES OMNE QUOD OBSTAT,
Ad Mæcenatem memori ſi mente recurras. Sat. ii. 6. 29.

ubi prorsùs neceſſe eſt, ut mihi videtur, reponamus—PULSAS.

Quinetiàm, ut ſuprà dicit *Theocritus* επειγεαι ΜΕΤΑ δαιτα, ità Long. Paſt. p. 39. επειγομενοι ΜΕΤΑ τα φιληματα· ità enim reſtituendus eſt iſte locus, quem *Moll* infelicitèr tentabat.

V. 13. glaucâ canentia fronde.—Majori elegantià dicit *Pindarus* in nobili *hexametro* verſu:

Αμφι κομαισι βαλοι γλαυκοχροα κοσμον ελαιας: Ol. iii.

in quâ *Ode* parva macula eluenda eſt, ut tum demùm rectè procedat oràtio. Sic igitùr quæ mox ſequuntur in *ſecundâ Strophe* leni medicinâ poteris ſanare.

——————— ὅγε
πιςα φρονεων, Διὸς αιτει πανδοκῳ
αλσει σκιαρον ΤΟ φυτευμα
ξυνον ανθρωποις, ςεφανοντ᾽ αρετας.

i. e. *umbroſam* HANC *plantam*; *olivam* ſcilicèt ſuprà memoratam: hæc enim ſempèr eſt in tali uſu vis *articuli*.

V. 15. Jovi frondet:—non vulgari elegantiâ; ut *tibi floret ager*—paulò ſuperiùs.

V. 19. Hæc variatio locutionis, cujus noſter eſt omnium poetarum feliciſſimus, et quæ materiem didacticam potiſſimùm

Sylva-

Sylvarum fruticúmque viret, nemorúmque ſacrorum.
Sunt alii, quos ipſe viâ ſibi repperit uſus.

à tædio defendit, non minùs venuſtatis hìc habet quàm jucunditatis.

—— ſe ſubjicit. —Ità Ecl. x. 74.
Quantùm vere novo viridis SE SUBJICIT *alnus.*

Lucretius eodem ſenſu habet — SUBMITTIT *fœtus* et *flores.* Hinc lux accenditur eleganti admodùm *Callimachi* loco, qui *Schòliaſte* atque interpretibus non minimè obſcuratur.

Η πολλας ΕΦΥΠΕΡΘΕ σαρωνιδας ὑγρος Ιαων
ΗΕΙΡΕΝ: H. Jov. 22. — Αειρω, ανω ωθω — Heſych.

Hinc autèm derivatur dictio figurata loco apud *Callimachum* miſerè depravato, atque, ut ità dicam, deplorato: quem ſi felicitèr emendavero, ecquid erit pretii?

Καλα μεν ηεξευ, καλα Δ' ΕΤΡΑΦΕΣ, ουρανιε Ζευ·
Οξυ δ' ανηβησας, ταχινοι δε τοι ηλθον ιουλοι. H. J. 55.

Rejectis, et meritò, aliorum argumentis, *Daweſius*; qui ſolus omnia ſibi ſcire viſus eſt — quem, acutiſſimumne dicam, an vaniſſimum? Εν δοιη μαλα θυμος. (Quid autèm? nihilne tibi agere videbaris, niſi infeſtis unguibus in *Bentleii* laudes involares ——

—— ὁπερ σεο πολλον αμεινων·

Qui melior multis, quàm tu, fuit, improbe, rebus?)

Daweſius, inquam, reponit: ad Miſc. Crit. p. 100.

Καλα μεν ηεξευ, καλα Δ' ΕΤΡΕΦΕΥ ——

abſurdè, et contrà linguæ *Græcæ* rationem. Inclementèr equidèm, atque, ut ſpero, præter morem loquor: illi verò quid eſt quòd parcerem, qui *Bentleio* non pepercit? *Tempus* ſcilicèt *imperfectum* in hoc loco ferri nequit; et multo minùs ετραφευ — in *voc. med.* ut citat *Ruhnkenius* in Epiſt. Crit. Quid autèm longis ambagibus et mea et lectoris tempora morarer? Noſtram conjecturam accipe:

Καλα μεν ηεξευ, ΚΑΛ' ΑΝΕΔΡΑΜΕΣ, ουρανιε Ζευ.

Ità Æl. de An. ii. 36. Δενδρον τεθηλος και ευ μαλα ΑΝΑΘΕΟΝ. — Οια δε εν τε χωρη αγαθη και πληθει ουκ ολιγων ανδρων, ΑΝΑ τε ΕΔΡΑΜΟΝ αυτικα, και ευθηνηθησαν: Herod. i. 66. et alibi. Ità denique bis *Homerus*, magnum *Callimachi* exemplar: ὁ δ' ΑΝΕΔΡΑΜΕΝ, ερνεϊ ισος. Il. Σ. 56. 437.

Hic

Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum
Depoſuit ſulcis: hic ſtirpes obruit arvo,
Quadrifidaſque ſudes, et acuto robore vallos.
Sylvarúmque aliæ preſſos propaginis arcus
Expectant, et viva ſuâ plantaria terrâ.
Nil radicis egent aliæ: ſummúmque putator
Haùd dubitat terræ referens mandare cacumen.
Quin et caudicibus ſectis mirabile dictu,
Truditur è ſicco radix oleagina ligno.
  Et ſæpè alterius ramos impunè videmus
Vertere in alterius, mutatámque inſita mala
Ferre pyrum, et prunis lapidoſa rubeſcere corna.

Neque alitèr ſanè ipſe *Callimachus:*

Ηξης εκ λειμωνος αμησαμεναι φορευσιν
ΩΚΥΘΕΟΝ τριπετηλον: H. Dian. 164.

quæ videtur vera hujuſce dictionis *orthographia.* Vide etiàm Theoc. xviii. 29. ubi ſimplicem et figuratam ſignificationem malè miſcuit in loco parùm ſano; quem tamèn incudi criticæ non imponimus, ut nec locum *Callimachi* jam citatum, qui nec adhùc ſanus eſt; cùm hæc nota jam ſuos fines tranſgreſſa fuerit, et lectori fortaſsè moverit faſtidium.

V. 31. truditur:—i. e. *ſe trudit:* vero *mediæ vocis* uſu: alitèr v. 74.

V. 33. vertere:—i. e. ſi admittatur recepta lectio, atque editoribus, quotquot ſint, fides detur—pro *verti*—*paſſivâ voce*; vel potiùs—*ſe vertere*—*mediæ vocis* ſignificatione: hoc autèm ignorantiæ facilè illis condonari poteſt. Quod ſi hoc *generaliter* verum eſſet, ut hi putant, actum eſt ilicèt de linguarum omnium proprietatibus; ubique in oratione dominabuntur tenebræ ac ambiguitas; nec ullas leges agnoſcere poterit dicendi ratio. Hæc autèm tanti ſunt momenti tantæque fortaſsè novitatis, ut levitèr perſtringi non debent, ſed ad accuratius examen revocari.

Hoc igitùr dico et edico, *Virgilium* atque alios probos auctores, quoties vim *mediæ vocis Græcorum* velint exprimere, ſempèr uti *voce paſſivâ,* (nam vocem *tertiam* cum ſuis terminationibus non habent) vel *activâ cum pronomine.* Quùm autèm una atque altera exceptio, mille aliis repugnantibus exemplis, nobis opponantur, his diſcutiendis pauliſpèr immorandum eſt.

Quarè

Quarè agite ô, proprios generatim diſcite cultus,
Agricolæ, fructúſque feros mollite colendo.

> *Franguntur remi: tum prora* AVERTIT, *et undis*
> *Dat latus:* Æn. i. 108.

veram quidèm lectionem agnoſcit *Servius*, dum falſam immeritò defendit. Hæc ille in locum: " Alii *prora* legi tradunt; ut ſit *avertit* pro *avertitur*. Eſt figura creberrima: poteſt namque pro *activi* verbi ſignificatione *paſſivum* poni, ut eſt:——

> ——*et pictis* BELLANTUR *Amazones armis:*

pro *bellant*. Nec nos debet movere, quod *bellor* non facit; natura enim hoc prohibuit: nam compone hoc verbum, et invenitur *activum*; facit enim debello."

Quidnam hic vult veterator ſibi? contendit ſcilicèt *paſſivam vocem* poſſe poni pro *activâ*, et obſervationem tendit confirmare ope verbi, *paſſivam* ſignificationem naturâ ſuâ non admittentis! Quid autèm fingi poteſt magis ſtultum ridiculumque? Verùm enimverò ineptæ ſententiæ non ſunt niſi ineptis argumentis defendendæ.—Pergit autèm noſter criticus, et quædam difficiliora expeditu in medium proponit, quibus eſt diutiùs attendendum: in his enim cardo rei vertitur.

" Et contrà pro *paſſivi* verbi ſignificatione *activum* ponitur; ut eſt hoc loco AVERTIT pro AVERTITUR: et: INSINUAT *pavor*, pro INSINUATUR: et: *Nox humida cœlo* PRÆCIPITAT, pro *præcipitatur*. Sed hæc verba tantummodò pro ſe invicèm ponuntur, qua et *activa* eſſe poſſunt et *paſſiva*."

Imprimis notandum eſt hæc ultima prioribus apertiſſimè adverſari, ut cuivis rem intuenti ſtatim patebit. Quod autèm ad partes ſuas vocet *avertit* pro *avertitur*, cum ipſe lectionem agnoſcat, quæ cum *avertit* nullo modo ſtare poteſt, planè eſt hominis de causâ deſperantis.—De ſecundo ſuo exemplo——

> *Tum verò tremefacta novus per pectora cunctis*
> INSINUAT *pavor:* Æn. ii. 228.

ità equidèm ſtatuo. *Inſinuat*,—i. e. IN SINUS IT *cunctis:* quod quidèm ſatis planum eſt, nec *paſſiva* vox in hoc negotio ullum locum habere potuiſſet. Sed hoc eſt ex iis verbis quæ nunc *activa* ſunt, nunc *neutra*.

Quod ad ultimum exemplum attinet——

> ——*jam nox humida cœlo*
> PRÆCIPITAT: Æn. ii. 9.

cum *præcipitor* in *paſſivâ voce* neque in *Lucretio* neque in noſtro

Neu

Neu ſegnes jaceant terræ: juvat Iſmara Baccho
Conſerere, atque oleâ magnum veſtire Taburnum.

inveniatur, mihi perſuaſum eſt hanc dictionem in tali uſu ab illis pro *neutro* haberi: et ſic nodus ſolvitur.

Quid autèm ſi concederemus unum et alterum exemplum proferri poſſe, quod noſtras vires ſuperaret, qui poſt tot ſæcula *Latinam* linguam penitùs pernoſcere nullo modo poſſumus? Quis neſcit omnem linguam ſuas *anomalias* habere, quæ leges juſtæ conſtructionis violant, ſed regulas mille exemplis atque ipsâ veritate ſtabilitas non debent abrogare?

Dum autèm in hoc negotio verſamur, non abſurdum erit pauca alia de vero *vocis mediæ* uſu in medium proferre. Inveniuntur enim non rarò loci difficiles, qui et mihi et aliis fortaſsè ſcrupulum injiciunt; ſed ſi penitiùs ſpectentur, opinionem noſtram confirmare potiùs quàm labefactare videbuntur. — Intereà autèm non ità ſum malè propoſiti tenax, quin conceſſerim, ſi opus fuerit, (v. Bent. ad Hor. Od. iv. 10. 5.) vocem *vertere* eſſe quodammodò ſui generis, et ex iis, quæ certis atque generalibus legibus coerceri nolunt; quales omnibus linguis ſunt paritèr communes.

In Ariſt. Rhet. ii. 4. 3. Ed. Ox. legimus: Και φιλουσι τους μη ΑΝΤΙΤΕΙΝΟΝΤΑΣ τοις οργιζομενοις: ubi dictio eſt *figurata*; et *funem*, aut tale aliquid, ſupplere debemus. *D. Paulus*, qui de *ſe* loquitur ut *fune* aut *menſurâ*, *pronomen*, ſalvis compoſitionis legibus, reticere non potuit, ideòque benè dixit et elegantèr: Ου γαρ ὡς μη εφικνουμενοι εις ὑμας, ΥΠΕΡΕΚΤΕΙΝΟΜΕΝ ΕΑΥΤΟΥΣ: 2 Cor. x. 14.

Ηγου δε μηδενι των αθλητων ἡττω προσηκειν επι τους ανταγωνιστας ΑΣΚΕΙΝ, ὡς σοι σκοπειν, ὁπως — Iſoc. Paræn.

Ubi certiſſimè reponendum vel ασκεισθαι, vel ασκειν ἑαυτον.

[Similiter in Act. Apoſt. 24. 16.]

Et paulò infrà: Και γαρ αν παραυτικα ΚΡΥΨΗΙΣ, ὑστερον οφθησῃ. Corrige — vel κρυψῃ — vel τι κρυψῃς.

—— *aquam caleſactat, ut* LAVEMUS. Plaut. Rud. ii. 380.

lege — *lavemur*: et hoc modo ſæpiùs apud eum *Terentiumque* eſt erratum, niſi fortè in hàc re minùs accurati fuerint ſcriptores vetuſtiores; quod vix credo, cum ipſe *Plautus* aliàs veram *vocem mediam* expreſſerit. Exemplo ſit:

Enimverò jam nequeo CONTINERI: Capt. iii. 4. 60.

Dubito tamèn hoc legens:

Non domi eſt; *abit ambulatum*; *dormit*, ORNATUR; LAVAT:
Mil. G. ii. 2. 96.

Túque

Túque ades, inceptúmque unà decurre laborem,
O decus, ô famæ meritò pars maxima noſtræ,

In Demoſt. cont. Phil. i. p. 35. Ed. Lutet. legimus: Προσποριει τα λοιπα αυτο το ϛρατευμα απο τȣ πολεμȣ. Reponere debemus: ΠΡΟΣΠΟΡΙΕΙΤΑΙ τα λοιπα: v. Xen. Mem. ii. 1. 25.

——*genua amplexus, genibuſque* VOLUTANS
Hærebat: Virg. Æn. iii. 607.

lege omninò — *volutus.*

Intereà vix dici poteſt quot errores invenuſtos per noſtram N. T. verſionem fuderit harum rerum ignorantia. Liceat mihi inſigne exemplum, coronidis loco, jam proferre.

Οφελον και ΑΠΟΚΟΨΟΝΤΑΙ οἱ αναϛατȣντες ὑμας: Gal. v. 12.

I would they were even CUT OFF, *which trouble you.*

Nec alitèr interpretes antiqui, niſi quod melius quiddam *Arabi* ſuboluiſſe videatur, quem conſulat eruditus lector. Nihil agunt critici ad locum; in quibus ſunt, qui indecoras neſcio quas interpretationes comminiſcuntur.

Idem eſt ac ſi dixiſſet *Apoſtolus: Vellem ut etiàm* DOLORIS ALIQUID PATERENTUR — UT FLERENT. — Vera enim τȣ κοπτεσθαι ſignificatio eſt — *ſeipſum præ dolore verberare* — *palmis tundere.* Optimè *Heſychius:* Αποκοπησαμενη, ϛερνοκοπησαμενη, αποκοψαμενη. Similitèr *Euripides:*

Εκρυψα πεπλοις, κἀπεκοψαμην νεκρον: Troad. 623.

Hùc redeunt iſta *Horatiana*, quorum prius à *Pauli* locutione non longè diſtat:

Qui me COMMORIT *(meliùs non tangere clamo)*
FLEBIT: — 2 Sat. i. 44. vide etiàm v. 69. et ità alii.

Sed hæc hactenùs: nunc ad locum *Virgilii*, undè egreſſus ſum, redeo. Sic igitùr mihi videtur legendus; fatenti intereà hunc vocis *verto* uſum multis aliis *vocis ejuſdem* exemplis defendi poſſe:

Et ſæpè alterius ramos SE *impunè videmus*
VERTERE *in alterius.*

Idem *pronomen* certiſſimè excidit ab Æn. ii. 235.

Accingunt omnes operi:

lege—ACCINGUNT SE *omnes operi.*—Ut prætereàm Æn. i. 210. ubi habemus — *Illi* SE *prædæ* ACCINGUNT — quis neſcit voces

Mæce-

Mæcenas, pelagóque volans da vela patenti.
Non ego cuncta meis amplecti verſibus opto:
Non mihi ſi linguæ centum ſint, oráque centum,
Ferrea vox: ades, et primi lege litoris oram:
In manibus terræ: non hîc te carmine ficto,
Atque per ambages et longa exorſa tenebo.
 Sponte ſuâ quæ ſe tollunt in luminis oras,
Infœcunda quidèm, ſed læta et fortia ſurgunt;
Quippè ſolo natura ſubeſt. Tamèn hæc quoquè ſi quis
Inferat, aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis;
Exuerint ſylveſtrem animum; cultúque frequenti,
In quaſcunque voces artes, haud tarda ſequentur.
Nec non et ſterilis quæ ſtirpibus exit ab imis,
Hoc faciet, vacuos ſi ſit digeſta per agros:

accingi, *armari*, et ſimilia, ſæpiùs ab optimis ſcriptoribus uſurpari in *mediæ vocis* ſignificatione, ut το οπλιζεσθαι *Græcorum?* v. Tibull. iv. 1. 179.

Eſt quidèm ubi *media vox* invenitur, ſine *pronomine*, ut in hoc *Lucretii* loco:

——————*ſi tibi vera videtur,*
Dede manus; *aut, ſi falſa eſt*, ACCINGERE *contrà:* ii. 1041.

—mala—pirum. Hæ arbores, ut et earum fructus, ſæpè unà memorantur: Hom. Od. H. 120. Theoc. vii. 144. Callim. H. C. 28. undè in Long. Paſt. p. 20. Οιον δε αποπνει το ϛομα· ȣδε τα μηλα τοιȣτον, ȣδε ἁι λοχμαι: lege ȣδε ἁι OXNAI: v. p. 100. ad imum.

V. 41. volans. Male ſe habet hic locus: quid enim ſibi vult το *volans?* Reſcribe VOLENS: v. i. 40. Ov. Faſt. i. 3. Val. Flac. i. 20. *aſpiret*, *dexterque ac* VOLENS *adſit:* Quint. Inſt. Præf. L. iv.

V. 46. Atque per ambages. Mallem USQUE *per ambages:*—ſed de hoc judicet lector.—Cæterùm *ambages et* LONGA EXORSA *Virgilii* benè explicat *Flacci* locum, qui fefellit et ſatis cruciavit interpretes:

Si LONGO SERMONE *morer tua tempora, Cæſar.*

ideòque *ſtatim* incipit, et venit ad rem.

Nunc

Nunc altæ frondes et rami matris opacant,
Creſcentíque adimunt fœtus, urúntque ferentem.
Jam, quæ ſeminibus jactis ſe ſuſtulit arbos,
Tarda venit, ſeris factura nepotibus umbram:
Pomáque degenerant ſuccos oblita priores;
Et turpes avibus prædam fert uva racemos.
Scilicèt omnibus eſt labor impendendus, et omnes
Cogendæ in ſulcum, ac multâ mercede domandæ.
  Sed truncis oleæ meliùs, propagine vites
Reſpondent, ſolido Paphiæ de robore myrtus.
Plantis eduræ coryli naſcuntur, et ingens
Fraxinus, Herculeæque arbos umbroſa coronæ,
Chaoniíque patris glandes: etiàm ardua palma
Naſcitur, et caſus abies viſura marinos.
  Inſeritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida,
Et ſteriles platani malos geſsêre valentes:
Caſtaneæ fagus, ornúſque incanuit albo
Flore pyri; glandémque ſues fregêre ſub ulmis.
Nec modus inſerere atque oculos imponere ſimplex:
Nam quà ſe medio trudunt de cortice gemmæ,
Et tenues rumpunt tunicas, anguſtus in ipſo
Fit nodo ſinus: hùc alienâ ex arbore germen

V. 55. Malè digeſti mihi videntur hujuſce loci verſus; quos ità in ſtationem ſuam vellem reducere.

Nunc altæ frondes et rami matris opacant,
Creſcentique adimunt fœtus, uruntque ferentem;
Pomaque degenerant ſuccos oblita priores,
Et turpes avibus prædam fert uva racemos.
Jam, quæ ſeminibus ——

Rem ſecum lector reputet, cujus arbitrio libentèr noſtra omnia permittimus, nobiſmetipſis non nimiùm confidentes.

V. 70. Major ſuavitas, et ambigui minus accreſcet loco, ſi ſic diſtinguas:

Et ſteriles platani malos geſſere; valentes
Caſtaneæ fagos.

In-

Includunt, udóque docent inoleſcere libro.
Aut rursùm enodes trunci reſecantur, et altè
Finditur in ſolidum cuneis via; deindè feraces 79
Plantæ immittuntur: nec longum tempus et ingens
Exiît ad cœlum ramis felicibus arbos,
Miratúrque novas frondes, et non ſua poma.

V. 80. Nec longum tempus et.—Similis latet conſtructio in Epig. malè interpuncto vol. i. p. 147. Anthol. præſtantiſſimi *Brunck:* quod cum à viris maximis (eorum pace dixerim) vel malè vel parùm emendatum fuerit, et ſit pulcherrimum; hic integrum apponam, meis correctionibus nonnihil adjutum.

> Χειμεριην νιφετοιο κατηλυσιν ἡνικ' αλυξας
>   Γαλλος ερημαιην ηλυθ' ὑπο σπιλαδα·
> Υετον αρτι κομης απεμορξατο, του δε κατ' ιχνος
>   Βουφαγος ες ΚΟΙΝΗΝ ατραπον ἱκτο λεων.
> Αυταρ ὁ, πεπταμενῃ μεγα τυμπανον ΩΣ ΣΧΕΘΕ χειρι,
>   Ηραξεν· καναχῃ δ' ιαχεν αντρον ἁπαν.
> Ουδ' ετλη Κυβελης ἱερον ΒΡΟΜΟΝ ὑλονομος θηρ
>   Μειναι, αν' ὑληεν δ' ωκυς εθυνεν ορος,
> Δεισας ἡμιγυναικα θεης λατριν· ὁς ταδε Ρειῃ
>   Ενδυτα και ξανθους εκρεμασε πλοκαμους.

αρτι—δε—*non longum tempus et leo.* Pro κοιλην reſcripſi κοινην: Sic Theoc. vii. 35. ξυνα γαρ ὁδος: v. etiàm xxiii. 23. ξυνας κελευθους: Bion. et v. Ap. Rhod. i. 337.

> SPELUNCAM *Dido, dux et Trojanus* EANDEM
> *Deveniunt:* Æn. iv.

Pro εσχεθε—ὡς σχεθε: et hæc conſtructio longè melior, quam *Toupiana*, Cur. nov. in Suid. p. 216. Ed. Lipſ. ne fortè *leonem* tympanum pulſaviſſe arbitremur. Denique pro ἱερον νομον—longè meliùs dediſſe videmur—ἱερον βρομον. Sic in alio Epig. legimus:

> ——Βαρυν ΤΥΠΑΝΟΥ ΒΡΟΜΟΝ.

Atque ad eundem morem rectè accipies Æn. vi. 499. et Soph. Œd. Tyr. 736. Ου διεσχον ἡμεραι τρεις ΚΑΙ νιν ερριψεν.—Vide etiàm Æn. xi. 296.

V. 81. exiit ad cœlum.—Hinc illuſtratur *Euripidis* locus, qui ſingulari deſcriptionis virtute atque εναργειᾳ nobis commendatur:

> Λαβων γαρ ελατης ΟΥΡΑΝΙΟΝ ακρον κλαδον
> Κατηγεν, ηγεν, ηγεν εις μελαν πεδον: Bacch. 1062.

Præterea genus haud unum, nec fortibus ulmis,
Nec ſalici, lotóque, nec Idæis cypariſſis:
Nec pingues unam in faciem naſcuntur olivæ,
Orchades, et radii, et amarâ pauſia baccâ:
Pomáque, et Alcinoi ſylvæ: nec ſurculus idem
Cruſtumiis Syriíſque pyris, gravibuſque volemis.
Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris,
Quam Methymnæo carpit de palmite Leſbos.
Sunt Thaſiæ vites, ſunt et Mareotides albæ:
Pinguibus hæ terris habiles, levioribus illæ.
Et paſſo Pſythia utilior, tenuíſque lageos
Tentatura pedes olim, vinctúráque linguam;
Purpureæ, preciæque: et quo te carmine dicam,
Rhætica? nec cellis ideò contende Falernis.

V. 95. Et quo te — Pulcherrima converſio locutionis, quæ lectorem et erigit et recreat. — Non multò alitèr, ſi modò rectè legatur, *Callimachus:*

> Την ἱερην, ω Θυμε, τινα ΧΡΟΝΟΝ, η ΠΟΤ' αεισεις
> Δηλον, Απολλωνος κȣροτροφον; H. Del. i.

Quid autèm audio? Certiſſimè, quod aiunt, δὶς τἀυτο. Volo corrigas ——

> Την ἱερην, ω Θυμε, τινα ΤΡΟΠΟΝ, η ΠΟΤ' αεισεις
> Δηλον, Απολλωνος κȣροτροφον;

Nihil verius. Ità *Horatius:*

> *Quem virum aut heroa,* LYRA VEL *acri*
> TIBIA — Od. i. 12. 1.
> PRIMA *dicte mihi,* SUMMA *dicende camænâ:* Ep. i. 1. 1.

quorum prior locus *modum,* poſterior *tempus,* celebrandi reſpicit: ut ſubſequens utrumque, et *modum* et *tempus* amplectitur:

> *Deſcende cœlo, et dic age tibiâ,*
> *Regina, longum, Calliope, melos:*
> *Seu* VOCE NUNC *mavis acutâ,*
> *Seu* FIDIBUS CITHARAVE *Phœbi:* Od. iii. 4. 1.

Nec, ne quis fortaſsè hoc ſuſpicetur, defendi poteſt *Callimachus* ab iſto *D. Lucæ,* elegantiſſimi ſcriptoris, loco:

Sunt

Sunt etiàm Ammineæ vites, firmiſſima vina;
Tmolus et aſſurgit quibus, et rex ipſe Phanæus,
Argitíſque minor, cui non certaverit ulla,
Aut tantùm fluere, aut totidem durare per annos.
Non ego te, Dîs et menſis accepta ſecundis,
Tranſiêrim, Rhodia; et tumidis, bumaſte, racemis.
Sed neque quàm multæ ſpecies, nec nomina quæ ſint,
Eſt numerus: neque enim numero comprêndere refert:
Quem qui ſcire velit, Libyci velit æquoris idem
Diſcere, quàm multæ Zephyro turbentur arenæ:
Aut, ubi navigiis violentior incidit Eurus,
Nôſſe, quot Ionii veniant ad litora fluctus.
Nec verò terræ ferre omnes omnia poſſunt.
Fluminibus ſalices, craſſiſque paludibus alni

Ουχ ὑμων εϛι γνωναι ΧΡΟΝΟΥΣ η ΚΑΙΡΟΥΣ: Act. i. 7.

ubi, ſi quis arbitrabitur *hendyadem* eſſe, pro χρονους καιρων, vel καιρους χρονων (utriuſque enim formæ nobis exempla ſuppetunt ſacri codices) non me ſibi habebit aſſentientem: cum enim καιρος ſit pars χρονου, hìc intelligo dicere ſervatorem noſtrum, cui ſit laus et honos in æternum! non licere apoſtolis cognoſcere tempora vel *majorum* vel *minorum eventuum*, quæ in ſuâ ipſius poteſtate ſervat Deus. ——

Hæc illuſtrabunt Sap. Sol. viii. 8. ubi habes — εκβασεις καιρων και χρονων: et luculentus *Electræ Sophocleæ* locus:

ΧΡΟΝΟΥ γαρ αν σοι ΚΑΙΡΟΝ εξειργοι λογος: 1305.

V. 108. Ionii veniant ad littora fluctus. — Potes intelligere, vel *ad littora Ionii* maris, ut alibi — *Ionio in magno:* vel — *Ionii fluctus*, quod videtur melius; ut in hoc loco:

Verùm ubi nulla datur dextram affectare poteſtas,
Nec potis IONIOS FLUCTUS *æquare ſequendo:* Æn. iii. 670.

quid autèm eſt hoc monſtrum locutionis — *dextram affectare*; cui quidem, opinor, nec ſimile nec ſecundum unquàm auditum eſt in toto *Latio?* Quid, ſi ſic emendemus:

Verùm ubi nulla datur DEXTRA ATTRECTARE *poteſtas* —

i. e. *navem tenere* — *apprehendere:* quam conjecturam pueritiæ meæ debeo; neque eſt, opinor, cur ejus vel nunc me pæniteret.

 Naſ-

Naſcuntur, ſteriles ſaxoſis montibus orni:
Litora myrtetis lætiſſima: denique apertos
Bacchus amat colles, Aquilonem et frigora taxi.
Aſpice et extremis domitum cultoribus orbem,
Eoáſque domos Arabum, pictóſque Gelonos:
Diviſæ arboribus patriæ. Sola India nigrum
Fert ebenum; ſolis eſt thurea virga Sabæis.
Quid tibi odorato referam ſudantia ligno
Balſamáque, et baccas ſempèr frondentis acanthi?
Quid nemora Æthiopum molli canentia lanâ?
Velleráque ut foliis depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi ſinus orbis? ubi aëra vincere ſummum
Arboris haud ullæ jactu potuêre ſagittæ:
Et gens illa quidèm ſumptis non tarda pharetris.
Media fert triſtes ſuccos tardúmque ſaporem

V. 123. aëra vincere ſummum: — i. e. permeare, non tactâ arbore, *aëra*, quæ ſuprà circumfunditur: adeò ut *aër arboris* idem ſit cum *vertex arboris.* Hinc explicandus *Juvenalis* in vexatiſſimo loco:

Si jubeat conjux, durum eſt conſcendere navim:
Tunc ſentina gravis; tunc ſummus VERTITUR AER: vi. 98.

i. e. à navis jactatione, *caput vertigine laborat.*
Hùc etiàm refer locutionem ſatis raram Tzetz. Chil. ii. 188.

Και περισχοντ@ άπαντα της μητρας τον αερα.

V. 126. — Multas turbas excitavit locutio *tardum ſaporem:* de quâ quot interpretes, tot ſententiæ. Mihi quidèm tranſpoſitione videtur ſublevandus locus, quæ, cùm ſe propriâ luce ſatis ſupèrque commendet, omnemque amoveat difficultatem, lectori proponam, et ad alia feſtinabo:

Media fert TARDOS SUCCOS TRISTEMQUE SAPOREM
Felicis mali.

Similitèr ſanandus eſt Long. Paſt. p. 44. Οι δε αντειχοντο σκιρροι γεροντες, και χειρας εκ γεωργικων ισχυρας εχοντες. Tranſpone — ισχυροι γεροντες και χειρας εκ γεωργικων σκιρρας εχοντες: ut noſter iv. 115.

Ipſe labore MANUM *duro* TERAT.

Felicis

Felicis mali; quo non præſentius ullum
(Pocula ſi quandò ſævæ infecêre novercæ,
Miſcuerúntque herbas et non innoxia verba)
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.
Ipſa ingens arbos, faciémque ſimillima lauro;
Et, ſi non alium latè jactaret odorem,
Laurus erat: folia haud ullis labentia ventis:
Flos apprima tenax. Animas et olentia Medi
Ora fovent illo, et ſenibus medicantur anhelis.
Sed neque Medorum, ſylvæ ditiſſima, terra,
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiæ certent; non Bactra, neque Indi,
Totáque thuriferis Panchaïa pinguis arenis.
Hæc loca non tauri ſpirantes naribus ignem
Invertêre, ſatis immanis dentibus hydri:
Nec galeis, denſíſque virûm ſeges horruit haſtis:
Sed gravidæ fruges et Bacchi Maſſicus humor
Implevêre: tenent oleæ, armentáque læta.

V. 136. Vera conſtructio, ideòque venuſtas hujuſce loci omnes videtur latuiſſe. De *arboribus* loquitur *Maro*, et de unius potiſſimùm virtutibus, quæ in *Mediâ* naſcitur. Enimverò, dicit, vel *Medorum terra*, etiamſi ſit, ARBORIBUS ABUNDANS, non *Italiâ* certare poterit. Rectè igitùr interpunximus:

Sed neque Medorum, ſilvæ ditiſſima, terra ——

V. 137. atque auro. Lege — AUT *auro*. Ità enim ſolent noſter et *Horatius*: exemplis ſint. Geo. iv. 11. Od. ii. 9. 6.

V. 144. læta. — Reſcribi juſſerim, meo magno, opinor, apud quoſdam minores criticos periculo ——

—————— *armentaque* LATA:

i. e. *numeroſa*, et *latè paſcentia*. Ità enim *Homerus*:

—— αιπολια ΠΛΑΤΕ' αιγων: Il. B. 474. et Heſiod. Theog. 445.

μεγαλα· ὁτι εν διαςηματι και πλατει πλειονι νεμονται ἁι αιγες: Schol. Et poſt illum *Longus* Paſt. p. 35. το πλατυ βουκολιον. Neque multò alitèr noſter:

———— *equos in gramine vidi*
Tondentes campum LATE: Æn. iii. 537.

Hinc

Hinc bellator equus campo ſeſe arduus infert:
Hinc albi, Clitumne, greges, et maxima taurus
Victima, ſæpè tuo perfuſi flumine ſacro,
Romanos ad templa Deûm duxêre triumphos.
Hic ver aſſiduum, atque alienis menſibus æſtas.
Bis gravidæ pecudes; bis pomis utilis arbos.
At rabidæ tigres abſunt, et ſæva leonum
Semina, nec miſeros fallunt aconita legentes:
Nec rapit immenſos orbes per humum, neque tanto
Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis.
Adde tot egregias urbes operúmque laborem;
Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis;
Fluminàque antiquos ſubterlabentia muros.
An mare, quod ſuprà, memorem, quodque alluit infra?
Anne lacus tantos? te, Lari maxime; teque
Fluctibus et fremitu aſſurgens, Benace, marino?
An memorem portus, Lucrinóque addita clauſtra,
Atque indignatum magnis ſtridoribus æquor:
Julia quà ponto longè ſonat unda refuſo,
Tyrrhenúſque fretis immittitur æſtus Avernis?

Nec abſimili figurâ dixit *Heſiodus* O. et D. 244. ϛϱατον ΕΥΡΥΝ. Et noſtra lectio *Italiam* magis commendat, quàm recepta; et dictioni *tenent* meliùs convenit.

V. 146. albi greges. Nota ſatis lanæ et ovium commendatio, et frequens apud noſtrum. Hinc corrigendum eſt, nî fallor, epigramma, quod *Æſchylo Canteri* præfixum inveni, ad hunc modum:

Αισχυλον ἡδε λεγει ταφιη λιθος ενθαδε κεισθαι
Τον μεγαν, οικειης τηλ᾽ απο Κεκροπιης,
ΛΕΥΚΑΓΕΛΟΥ Σικελοιο παρ᾽ ὑδατα. Τις φθονος αϛων
Θησειδας αγαθων εγκοτος αιεν εχει;

Hoc verum: v. Steph. Byz in Σικελια, et *Brunck.* Anth. ii. p. 523.

V. 150. Utilis. Vox apprima inelegans in hoc loco, et præter morem *Virgilii*, qui longè alitèr infrà 323.

Ver adeò frondi nemorum, ver UTILE *ſilvis.*

cuivis facile eſt emendare — *pomis* FERTILIS *arbos.*

Hæc

Hæc eadem argenti rivos æríſque metalla
Oſtendit venis, atque auro plurima fluxit.
Hæc genus acre virûm, Marſos, pubemque Sabellam,
Aſſuetúmque malo Ligurem, Volſcoſque verutos
Extulit: hæc Decios, Marios, magnoſque Camillos,
Scipiadas duros bello; et te, maxime Cæſar,
Qui nunc extremis Aſiæ jam victor in oris
Imbellem avertis Romanis arcibus Indum.

V. 166. oſtendit venis. Quænam verò hæc eſt deformitas, imò potiùs, hæc ſcabies orationis? Vide etiàm, quantoperè una infauſta vox pulcherrimam figuram turbat et corrumpit!—*rivos*—*venis* OSTENDIT—*fluxit*. Hæ ſcilicèt inficetiæ non *Virgilium*, poetarum longè elegantiſſimum caſtigatiſſimique ante omnes judicii, ſed pingues et oſcitantes ſcribas ſapiunt. Judices, lector, an felicitèr ipſe corrigam, nec tamèn literarum ductus ità longè deſeram:

Hæc eadem argenti RIVOS *ærisque metalla*
EFFUNDIT VENIS, *atque auro plurima* FLUXIT.

Omnia jam cernis et aptè et venuſtè cohærere.

V. 168. Aſſuetumque malo Ligurem.—Ad hunc locum hæſerunt interpretes, neque indè extricari potuerunt. Et quid mirum? hæc enim verba nullum in ſe ſenſum habent, et nihil omninò faciunt ad ſcopum auctoris; imò multùm officiunt. Libentiſſimè igitùr amplector emendationem undequàque veram et elegantem, quam nobis offert vir quidam naris emunctæ in libello menſtruo, quem vocant noſtrates *the Gentleman's Magazine:* ASSUETUM MALO *Ligurem:*—i. e. *aſſuetum mari et navibus*—*artis nauticæ peritum*. Utroque pollice viri ſagacitatem, quicunque ſit, mecum laudent *Virgilii* amatores; qui ſcilicèt de viris *bello utilibus* jam loquitur.

V. 172. Multùm cruciantur ad hunc verſum interpretes; neque, ut mihi videtur, rem demùm felicitèr expediunt. "Quid enim grande, ut ait *Servius Pieriuſ*que, ſi *imbellem* avertis?" Hoc eſt ſcilicèt non laudare, ſed laudes culpâ orationis deterere. Quibuſnam igitùr modis difficilis hic nodus ſolvi poterit? Revocandâ nempè iſtâ lectione, quam nobis ſervaverunt duo MSS. quæ mihi videtur verè elegans et *Virgilio* digniſſima:

Imbellem avertis Romanis ARTIBUS *Indum.*

i. e. *non parem*—vel (ut *Horatius* amat loqui) MINOREM *Ro-*

Salve, magna parens frugum, Saturnia tellus,
Magna virûm: tibi res antiquæ laudis et artis
Ingredior, ſanctos auſus recludere fontes;
Aſcræúmque cano Romana per oppida carmen.
  Nunc locus arvorum ingeniis; quæ robora cuique,
Quis color, et quæ ſit rebus natura ferendis.
  Difficiles primùm terræ, colléſque maligni,
Tenuis ubi argilla, et dumoſis calculus arvis,
Palladiâ gaudent ſylvâ vivacis olivæ.
Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem
Plurimus, et ſtrati baccis ſylveſtribus agri.
  At quæ pinguis humus, dulcíque uligine læta,
Quíque frequens herbis et fertilis ubere campus,
(Qualem ſæpè cavâ montis convalle ſolemus
Deſpicere; hùc ſummis liquuntur rupibus amnes,
Felicémque trahunt limum) quíque editus Auſtro,
Et filicem curvis inviſam paſcit aratris:
Hic tibi prævalidas olim multóque fluentes
Sufficiet Baccho vites: hic fertilis uvæ,
Hic laticis; qualem pateris libamus et auro,
Inflavit cùm pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,
Lancibus et pandis fumantia reddimus exta.
  Sin armenta magìs ſtudium vitulóſque tueri,
Aut fœtus ovium, aut urentes culta capellas;

manis artibus. Quænam autèm ſint hæ *artes Romanorum*, luculentèr nobis ipſe dicit *Maro:*

> *Tu* REGERE IMPERIO *populos*, ROMANE, *memento.*
> HÆ TIBI *erunt* ARTES: *paciſque imponere morem*,
> *Parcere ſubjectis*, *et* DEBELLARE *ſuperbos:* Æn. vi.

quem locum *Martyni* diligentiæ debemus: neminem enim fraudare volumus; nedùm pauperes, et quibus tam pauca ſuppetunt.

V. 174. Vox *artis*, ut mihi videtur, ſtat more veterum pro *artes*, contrà omnium interpretum opinionem. Decernat autèm lector an non ſit — *res et artes antiquæ laudis* — melior ſenſus, quàm — *res antiquæ laudis et artis:* quod certè durius.

V. 191. uvæ. i. e. *paſſis uvis* non minùs utilis quàm *vino.*

Saltus

Saltus et ſaturi petito longinqua Tarenti,
Et qualem infelix amiſit Mantua campum,
Paſcentem niveos herboſo flumine cycnos.
Non liquidi gregibus fontes, non gramina deſunt:
Et quantùm longis carpent armenta diebus,
Exiguâ tantùm gelidus ros nocte reponet.
  Nigra ferè, et preſſo pinguis ſub vomere terra,
Et cui putre ſolum, (namque hoc imitamur arando)
Optima frumentis; non ullo ex æquore cernes
Plura domum tardis decedere plauſtra juvencis:
Aut undè iratus ſylvam devexit arator,
Et nemora evertit multos ignava per annos,
Antiquáſque domos avium cum ſtirpibus imis
Eruit: illæ altum nidis petiêre relictis;
At rudis enituit impulſo vomere campus.
Nam jejuna quidèm clivoſi glarea ruris
Vix humiles apibus caſias rorémque miniſtrat:
Et tophus ſcaber, et nigris exeſa chelydris
Creta. Negant alios æquè ſerpentibus agros
Dulcem ferre cibum, et curvas præbere latebras.

V. 199. Exemplar vetuſtius, quod mihi in manus nuperrimè venit, habet—*herboſo* IN *flumine:* et hoc mollius concinniuſque.

V. 202. Huic ſimilis eſt *Theocriti* locus, qui leni eget ad ſanitatem medicinâ:

Ται δ' οϊες, μηδ' ὑμμες οκνειθ' απαλας κορεσασθαι
Ποιας· ΟΥΤΕ καμειθ'· ὁκκα παλιν ἁδε φυηται: viii. 67.

Jam verò ſyllaba κα in ὁκα, ni fallor, ſempèr brevis eſt; ut non dicam vocem ipſam minimè convenire huic loco: lege ——

—— ουτε καμειθ', O KAI παλιν ἁδε φυηται.

—— *neque cruciemini*, EO QUOD, vel QUONIAM, *ea* ET *iterùm naſcetur.*

O — ὑποτακτικον αρθρον ουδετερου ονοματος — αντι του OTI: Heſych. Ità Bion. i. 14.

Αλλ' ουκ ειδεν Αδωνις, O μιν θνασκοντ' εφιλασεν. Et alii ſæpe.

V. 215. Hians nimis locus, et verè ſcaber; quem tamèn, difficultatum ſecuri, veloci pede tranſeunt interpretes. Tres

Quæ

Quæ tenuem exhalat nebulam, fumoſque volucres,
Et bibit humorem, et cùm vult, ex ſe ipſa remittit;
Quæque ſuo viridi ſemper ſe gramine veſtit,
Nec ſcabie et ſalsâ lædit rubigine ferrum;
Illa tibi lætis intexet vitibus ulmos:
Illa ferax oleæ eſt: illam experiêre colendo
Et facilem pecori, et patientem vomeris unci.
Talem dives arat Capua, et vicina Veſevo
Ora jugo, et vacuis Clanius non æquus Acerris.
Nunc, quo quamque modo poſſis cognoſcere, dicam.
Rara ſit, an ſupra morem ſi denſa, requiras:
(Altera frumentis quoniàm favet, altera Baccho;
Denſa magìs Cereri, rariſſima quæque Lyæo:)
Antè locum capies oculis, altéque jubebis
In ſolido puteum demitti, omnemque repones
Rurſus humum, et pedibus ſummas æquabis arenas.
Si deerunt; rarum, pecoríque et vitibus almis
Aptius uber erit. Sin in ſua poſſe negabunt
Ire loca, et ſcrobibus ſuperabit terra repletis;
Spiſſus ager: glebas cunctantes craſsáque terga
Expecta, et validis terram proſcinde juvencis.
Salſa autèm tellus, et quæ perhibetur amara,

modi ſunt, per quos expediri poterit conſtructio: ex his eligat lector, quem malit: nullus omnium nobis omninò placet. Modus receptus, cum plenâ diſtinctione poſt *creta*: vel *tophus* et *creta* nominativi eſſe poſſunt quodammodò abſoluti, cum nullum verbum habeant, ad quod referantur: cujus conſtructionis multa ſatis exempla occurrunt in *Anglicis* poetis, *N. Fœderis* libris, atque etiàm probatiſſimis auctoribus: vel denique *tophus* et *creta* nominativi ſunt verbi *negant*; quod certè audacius; mihi tamèn potiſſimùm hoc arridet, cum morem *Virgilianum* ſapiat, qui rem humilem, quantum poteſt, ſempèr ornat et extollit in majus. Neque multò alitèr v. 234. paulò infrà.

V. 238. perhibetur amara: Tam à *Græcis* ſcilicèt, quàm *Romanis*. Μητι ἡ πηγη εκ της ἀυτης οπης βρυει το γλυκυ και το ΠΙΚΡΟΝ: D. Jac. iii. 11.

Fru-

Frugibus infelix (ea nec manſueſcit arando,
Nec Baccho genus, aut pomis ſua nomina ſervat)
Tale dabit ſpecimen: tu ſpiſſo vimine qualos,
Colaque prælorum fumoſis deripe tectis.
Hùc ager ille malus, dulcéſque à fontibus undæ
Ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis
Scilicet, et grandes ibunt per vimina guttæ.
At ſapor indicium faciet manifeſtus, et ora
Triſtia tentantûm ſenſu torquebit amaror.
  Pinguis itèm quæ ſit tellus, hoc denique pacto
Diſcimus: haud unquàm manibus jactata fatiſcit,
Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habendo.
Humida majores herbas alit, ipsáque juſto
Lætior: ah! nimiùm ne ſit mihi fertilis illa,

——— *medio de fonte leporum*
Surgit AMARI *aliquid:* Lucret. iv. 1126. et v. Geo. iv. 431.

V. 245. Scilicet. At ipſe multo meliùs locum lego:

——— *aqua eluctabitur omnis*
ILICET, *et grandes ibunt per vimina guttæ.*

i. e. RES PERAGITUR; *aqua enim omnis*, &c. v. Serv. ad Æn. ii. 424.

V. 246. Hunc locum infeliciſſimè acceperunt interpretes. Ità diſtinguendus eſt:

At ſapor indicium faciet, manifeſtus et ora
Triſtia tentantûm ſenſu torquebit amaror.

Et hoc propriâ luce ſe commendat. Hæc autèm eſt vera verborum conſtructio: *Amaror manifeſtus torquebit ora tentantûm triſtia ſenſu:* — i. e. *triſte videntia propter guſtum:* quod verè elegans et *Virgilianum.*

V. 249. jactata. — Hæc vox non ità benè videtur convenire cum ſeqq. — *ad digitos lenteſcit* HABENDO. Mecum fortaſsè ſentiet lector reponendum eſſe:

——— *haud unquàm manibus* TRACTATA *fatiſcit.*

cui emendationi favet *Columella: Si glutinoſa eſt, et quovis leviſſimo* TACTU PRESSA *inhæreſcit:* ii. 2.

Neu ſe prævalidam primis oſtendat ariſtis!
 Quæ gravis eſt, ipſo tacitam ſe pondere prodit;
Quæque levis. Promptum eſt oculis prædiſcere nigram,
Et quiſquis color. At ſceleratum exquirere frigus
Difficile eſt: piceæ tantùm, taxíque nocentes
Interdùm, aut hederæ pandunt veſtigia nigræ.
 His animadverſis, terram multò antè memento
Excoquere, et magnos ſcrobibus concidere montes,
Antè ſupinatas Aquiloni oſtendere glebas
Quàm lætum infodias vitis genus. Optima putri
Arva ſolo: id venti curant, gelidæque pruinæ,
Et labefacta movens robuſtus jugera foſſor.
 At ſi quos haud ulla viros vigilantia fugit;
Antè locum ſimilem exquirunt, ubi prima paretur
Arboribus ſeges, et quò mox digeſta feratur,
Mutata ignorent ſubitò ne ſemina matrem.
Quin etiàm cœli regionem in cortice ſignant:
Ut, quo quæque modo ſteterit, quâ parte calores
Auſtrinos tulerit, quæ terga obverterit axi,
Reſtituant. Adeò in teneris conſueſcere multum eſt.

V. 254. ipſo tacitam. Mala caſuum inverſio pro — *ipſam tacito:* niſi fortè in librarios omnis culpa amandari debet, atque hæc lectio revocari in textum.

V. 268. Plerique editores legunt *mutatam matrem:* ſed perperàm; *mater* enim, quæ eſt *tellus*, non *mutatur*. In textu igitùr poſui multorum MSS. lectionem — *mutata*. Quid autem? temerè ſatis feci; et, ut videtur, *inepte:* ſic enim ſtatuit *Pierius:* "Quod *ſemina mutata*, de loco ad locum tranſlata interpretari volunt, INEPTUM eſt." De quo viderit *Virgilius:*

> *Sponte ſuâ quæ ſe tollunt in luminis oras.*
> *Infœcunda quidèm, ſed læta et fortia ſurgunt;*
> *Quippè ſolo natura ſubeſt: tamèn hæc quoque ſi quis*
> *Inſerat, aut ſcrobibus mandet* MUTATA *ſubactis,*
> *Exuerint ſilveſtrem animum:* V. 47.

Huncc ine an hunc ſequeris? Virgilium, an *Pierium?* ——

V. 272. Adeò in teneris conſueſcere multum eſt. Hæc interpretes malè accipiunt pro γνώμη generali; quaſi ſcilicèt *aſſueſ-*

Collibus, an plano meliùs ſit ponere vites,
Quære priùs. Si pinguis agros metabere campi;
Denſa ſere: in denſo non ſegnior ubere Bacchus.
Sin tumulis acclive ſolum, colléſque ſupinos:
Indulge ordinibus: nec ſeciùs omnis in unguem
Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.
Ut ſæpè ingenti bello cùm longa cohortes
Explicuit legio, et campo ſtetit agmen aperto,
Directæque acies, ac latè fluctuat omnis
Ære renidenti tellus, necdum horrida miſcent
Prælia, ſed dubius mediis Mars errat in armis:
Omnia ſint paribus numeris dimenſa viarum:
Non animum modò uti paſcat proſpectus inanem;
Sed quià non alitèr vires dabit omnibus æquas
Terra, neque in vacuum poterunt ſe extendere rami.
Forſitàn et ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæras.

cere legeretur, aut idem cum hâc voce valeret *conſueſcere*. Longè ſe alitèr habent et res et loci ſenſus. Tu ità intellige ſi me ſatis audias: "Tantum in futurum proderit plantas tam citò *familiaritatem iniviſſe cum* illâ terrâ, in cujus *ſimilem* (v. 266.) quoad *ſolum* et *ſitum*, jam tandèm transferuntur."

V. 277. nec ſeciùs:—i. e. "quamvis propter *colles* et *ſolum inæquale* hoc fuerit difficilius."

V. 282. miſcent. Non is equidèm ſum qui negem benè dici poſſe ſine nominativo — *miſcent prælia* — pro *homines miſcent prælia* — vel *miſcentur prælia:* novi enim hoc ſæpè ab optimis ſcriptoribus in omni penè linguâ factum: ſed vide an non mea lectio ſit longè anteferenda:

——— *nec dum horrida* MISCET
Prælia, ſed dubius mediis MARS *errat in armis.*

V. 284. Conſtructio eſt: *Omnia viarum ſint dimenſa paribus numeris:* ut alicubi in Æn. ii. *opaca locorum.*

V. 285. Verſus multò mollior afflueret levi tranſpoſitione adjutus:

Non animum modò paſcat uti proſpectus inanem.

V. 287. in vacuum:—i. e. in intervalla ordinum.

—— ſe extendere. *Mediâ voce* utitur Æn. vi. 423.
——— *totoque ingens* EXTENDITUR *antro.*

Auſim

Auſim vel tenui vitem committere ſulco:
Altior ac penitùs terræ defigitur arbos:
Æſculus imprimis, quæ quantùm vertice ad auras
Æthereas, tantùm radice in Tartara tendit.

V. 288. Uſus ignoratus *vocis mediæ* apud *Latinos* hunc locum ità jugulavit, ut ſibi ipſi poeta contradicat. Audi interpretantem *Martynum*; quem ſi nôris, omnes nôris: omnes enim juxtà cæcutiunt interpretes.

Perhaps, you may deſire to know, how deep the Trenches ought to be. For my own Part, I venture my VINE *in a ſlight Furrow. But* TREES *muſt be planted deep and far in the Ground: chiefly the Eſculus; whoſe Root deſcends as low towards Hell as it's Branches riſe up in the Air towards Heaven.*

Pulchra, ſi Dìs placet, cauſa, cur *Eſculus* in *alto ſulco* defigi debet; quià *per ſe* ſcilicèt *altiſſimam radicem* poterit immittere! At contrarium potiùs verum eſſe debet: atque ità noſter intelligendus eſt, ut jam videbimus.

Deindè, feſtivam ſanè diſtinctionem boni interpretes nobis comminiſcuntur inter voces *vitem* et *arbos:* quaſi nempè aliud per *vitem* et aliud demùm per *arbos* vellet noſter. Apage à *Virgilio* tales ineptias! quibus ſanè refellendis penè pudet immorari: ſed quid facias? Ut res eſt, ità morem geras opus eſt. Vide igitùr Geo. ii. 2. 89. 300. iv. 560. Quid multa? valetudo enim, quæ me premit, non ſinit multa. To *defigitur* eſt *verbum medium*, ac valet—*ſe defigit:* et jam vide quanta lux effulgeat, et amicum ſibi *Maronem* factum.

"Fortaſsè, inquit noſter, velis ſcire, quæ debeant eſſe ſcrobibus faſtigia. De *quibuſdam* arboribus infodiendis, quæ per ſe *ſibi* ſatis *providebunt*, non equidèm fuerim valdè ſolicitus. *Vitem*, exempli gratià, vel *ſulco tenui* non dubitaverim committere. Quid enim? IPSA radices ſuas (quæ eſt ſcilicèt natura arboris) ALTIUS DEMITTET. Ità verò potiſſimùm cum *eſculo* ſe res habet: quæ non minùs altè terris DEFIGI ſpontè ſolet, quàm ad cœlum ERIGI."

Mediâ voce elegantèr uſus eſt *Cicero* Tuſc. Quæſt. ii. 3. *Nobis autèm videtur, quicquid literis mandetur, id* COMMENDARI *omnium eruditorum lectioni decere.*

Sed hem! deſino: hæc enim ſunt infinita.

V. 290. altior. Hæc lectio multò elegantior. Quæ autèm *Martynus*, qui mavult *altius*, de hâc re dicit, ſi ipſe olim dixiſſem, cum manum ferulæ nondùm ſubduxeram; næ! id feciſſem magno meo malo. Ille infelicior, qui ſimilem *Orbilium* ſibi non nactus fuerit.

Ergo non hyemes illam, non flabra, neque imbres
Convellunt: immota manet, multóſque per annos
Multa virûm volvens durando ſæcula vincit.
Tum fortes latè ramos et brachia tendens
Hùc illùc, media ipſa ingentem ſuſtinet umbram.
  Neve tibi ad ſolem vergant vineta cadentem:
Neve inter vites corylum ſere: neve flagella
Summa pete, aut ſummas deſtringe ex arbore plantas;
(Tantus amor terræ): neu ferro læde retuſo
Semina; neve oleæ ſylveſtris inſere truncos.
Nam ſæpè incautis paſtoribus excidit ignis,
Qui furtim, pingui primùm ſub cortice tectus,
Robora comprendit, frondeſque elapſus in altas
Ingentem cœlo ſonitum dedit: indè ſecutus

V. 295. Vellem quovis pretio, ut quis mihi daretur *OEdipus*, qui mihi explicaret quid ſibi vult — ARBOS VOLVENS *durando:* ipſe enim in hâc re nihil video. Interpretes interim, quibus ſtomachi ſunt non nimis faſtidioſi, nullo negotio hunc ingurgitant camelum. Quidnam igitùr faciendum reſtat? *Virgiliumne* meum deſeram, an aleam jaciam periculoſæ fatis critices? Quocunque res cadent, *Virgilio* ſubveniendum eſt: nam *hæc in fœdera veni*. Sic igitùr auſim corrigere, cum graves morbi niſi medicinis violentioribus non ſolent cedere:

Multa virûm DURANS VOLVENTIA *ſæcula vincit.*

V. 296. Tum. Immò potius — *Dum:* vide enim, an non, ope hujuſce emendationis et interpunctionis magis accuratæ, multò rectiùs procedat locus:

Multa virûm durans volventia ſæcula vincit;
Dum fortes latè ramos et brachia tendens,
Hùc illùc, *media ipſa*, *ingentem ſuſtinet umbram.*

V. 300. pete. Lege omninò *mete*; quâ dictione in hoc ſenſu nihil frequentius tam *Græcis* quàm *Latinis*. *Herbæ meſſæ:* Æn. iv. 514. *demeſſum florem*. xi. 68. In re notâ non moror.
—— deſtringe. Hæc eſt vera lectio: ſic STRINGE *comas:* v. 368. et STRICTIS *frondibus:* Hor. Ep. i. 14. 28. et alii.
V. 304. tectus. — i. e. *ſe tegens:* participium *vocis mediæ:* *agit* enim *ignis* per totum hunc locum.
V. 306. ſecutus. Invenuſta vox, et tam nobili deſcriptione

Per

Per ramos victor pérque alta cacumina regnat,
Et totum involvit flammis nemus, et ruit atram
Ad cœlum piceâ craſſus caligine nubem:
Præſertim ſi tempeſtas à vertice ſylvis
Incubuit, glomerátque ferens incendia ventus.
Hoc ubi, non à ſtirpe valent, cæſæque reverti
Poſſunt, atque imá ſimiles revireſcere terrâ:
Infelix ſuperat foliis oleaſter amaris.
Nec tibi tam prudens quiſquam perſuadeat auctor
Tellurem Boreâ rigidam ſpirante movere.
Rura gelu tum claudit hyems, nec ſemine jacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.

nullo modo digna: quinetiàm dubito an ſatis rectè ita dici poteſt; quid enim habet quod *ſequatur* ignis? Certè non ita otioſè loqui ſolet noſter. Quid ſi legas ——

———————— *indè* VOLUTUS
Per ramos victor ——

Sic Æn. ii. 706. *æſtus incendia* VOLVUNT: et Æn. xii. 671.

——*flammis inter tabulata* VOLUTUS
Ad cœlum undabat vortex.

et ſimilitèr plus ſemèl *Lucretius*, magnum *Virgilii* exemplar.

V. 308. atram—piceâ. Hæc ταυτολογια in imi ſubſellii poetâ tolerari non poterat; è *Virgilio* autèm, caſtigatiſſimi judicii poetâ, quovis periculo expelli debet. Nullo negotio ea lectio reſtituetur, quæ demerebitur *Virgilii* amatores:

———————— *et ruit* ALTAM
Ad cœlum piceâ craſſus caligine nubem.

V. 316. Ordo eſt: *movere tellurem rigidam Boreâ ſpirante.* Puderet ſanè tam minutis immorari, niſi has elegantias perpetuò obſcurarent interpretum nubeculæ.

V. 318. Omnes, quotquot mihi videre contigit, interpretes hunc verborum ordinem ſequuntur: *Nec patitur radicem concretam affigere terræ:*—i. e. *ſe affigere*—*affigi*; quod nec Dî nec homines (mihi crede) ferre poſſunt. Tu, lector, ingredere mecum longè meliorem viam. *Nec, ſemine jacto, hyems patitur* illud (ſemen ſcilicèt) *affigere radicem ſuam concretam terræ.* At ità tandèm video *Servium* accepiſſe: et eſt extrà dubium.

Op-

Optima vinetis ſatio eſt, cùm vere rubenti
Candida venit avis longis inviſa colubris:
Prima vel autumni ſub frigora, cùm rapidus ſol
Nondùm hyemem contingit equis, jam præterit æſtas.
Ver adeò frondi nemorum, ver utile ſylvis;
Vere tument terræ, et genitalia ſemina poſcunt.
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus Æther
Conjugis in gremium lætæ deſcendit, et omnes
Magnus alit, magno commixtus corpore, fœtus.
Avia tum reſonant avibus virgulta canoris,
Et Venerem certis repetunt armenta diebus.
Parturit almus ager; Zephyríque tepentibus auris
Laxant arva ſinus: ſuperat tener omnibus humor:
Inque novos ſoles audent ſe germina tutò
Credere; nec metuit ſurgentes pampinus Auſtros,
Aut actum cœlo magnis Aquilonibus imbrem:
Sed trudit gemmas, et frondes explicat omnes.
  Non alios primâ creſcentis origine mundi
Illuxiſſe dies, aliúmve habuiſſe tenorem
Crediderim: ver illud erat; ver magnus agebat
Orbis, et hybernis parcebant flatibus Euri;
Cùm primùm lucem pecudes hausêre, virûmque
Ferrea progenies duris caput extulit arvis,
Immiſſæque feræ ſylvis, et ſidera cœlo.
Nec res hunc teneræ poſſent perferre laborem,
Si non tanta quies iret, frigúſque calorémque
Inter; et exciperet cœli indulgentia terras.
  Quod ſupereſt, quæcumque premes virgulta per agros,
Sparge ſimo pingui, et multâ memor occule terrâ:
Aut lapidem bibulum, aut ſqualentes infode conchas:
Inter enim labentur aquæ, tenuiſque ſubibit
Halitus, atque animos tollent ſata: jamque reperti

V. 323. frondi nemorum:—i. e. *vitibus:* v. verſ. 401.

V. 332. germina. "*Celſus* ait *germina* reliquiſſe *Virgilium*:" *Philargyrius* et *Pierius*.—"In regio MS. legitur *germina*:" *Martynus*.

Qui ſaxo ſupèr atque ingentis pondere teſtæ
Urgerent: hoc effuſos munimen ad imbres;
Hoc, ubi hiulca ſiti findit canis æſtifer arva.
Seminibus poſitis, ſupereſt deducere terram
Sæpiùs ad capita, et duros jactare bidentes.
Aut preſſo exercere ſolum ſub vomere, et ipſa
Flectere luctantes inter vineta juvencos:
Tum leves calamos, et raſæ haſtilia virgæ,
Fraxineáſque aptare ſudes, furcáſque bicornes;
Viribus eniti quarum, et contemnere ventos
Aſſueſcant, ſummáſque ſequi tabulata per ulmos.
Ac, dum prima novis adoleſcit frondibus ætas,
Parcendum teneris; et dum ſe lætus ad auras
Palmes agit, laxis per purum immiſſus habenis,
Ipſa acies nondùm falcis tentanda; ſed uncis
Carpendæ manibus frondes, intérque legendæ.
Indè, ubi jam validis amplexæ ſtirpibus ulmos
Exiêrint; tum ſtringe comas, tum brachia tonde;
Antè reformidant ferrum: tum denique dura
Exerce imperia, et ramos compeſce fluentes.
Texendæ ſepes etiàm, et pecus omne tenendum eſt:
Præcipuè dum frons tenera imprudénſque laborum:
Cui, ſuper indignas hyemes, ſolémque potentem,
Sylveſtres uri aſſiduè capreæque ſequaces
Illudunt: paſcuntur oves, avidæque juvencæ.
Frigora nec tantùm canâ concreta pruinâ,
Aut gravis incumbens ſcopulis arentibus æſtas;
Quantùm illi nocuêre greges, duríque venenum
Dentis, et admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix.
Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur, et veteres ineunt proſcenia ludi:
Præmiáque ingeniis pagos et compita circum

V. 382. ingeniis. Alii *ingeniis*, alii *ingentes:* illud malui. Non adeò tamèn nihili eſt hæc lectio, ut prorsùs exſibilanda ſit, ſecundùm nonnullorum opinionem: *ingentes* enim *Theſeidæ* rectè diceres, ut *Perſius*— *ingentes Titos:* Sat. i. 20. ſed hoc in The-

Theſeidæ poſuêre; atque inter pocula læti
Mollibus in pratis unctos ſaliêre per utres.
Necnon Auſonii, Trojâ gens miſſa, coloni
Verſibus incomptis ludunt, riſúque ſoluto;
Oráque corticibus ſumunt horrenda cavatis:
Et te, Bacche, vocant per carmina læta, tibíque
Oſcilla ex altâ ſuſpendunt mollia pinu.
Hinc omnis largo pubeſcit vinea fœtu:
Complentur valléſque cavæ ſaltúſque profundi,
Et quòcumque Deus circùm caput egit honeſtum.
Ergò ritè ſuum Baccho dicemus honorem
Carminibus patriis, lancéſque et liba feremus;
Et ductus cornu ſtabit ſacer hircus ad aram;
Pinguiáque in verubus torrebimus exta colurnis.
  Eſt etiàm ille labor curandus vitibus alter,
Cui nunquàm exhauſti ſatìs eſt; namque omne quotannis
Terque quatérque ſolum ſcindendum, glebáque verſis
Æternùm frangenda bidentibus; omne levandum
Fronde nemus. Redit agricolis labor actus in orbem,
Atque in ſe ſua per veſtigia volvitur annus.

Virgilio propter *pagos* ambiguum. Atque hic in mentem mihi venit *Phædri* locus:

Æſopo INGENTEM *ſtatuam poſuere Attici.* Epil. L. ii.

Gudius olim reponebat, probante *Spanhemio*, *Æſopi ingenio:* in quam conjecturam incidiſſe videtur etiàm *Bentleius.* Eam equidèm vix poſſum amplecti, utpote coactam nimis atque affectatam. Poſſes legere—INGENTES *Attici:* ut ſuprà *ingentes Titos.* Nec ferri non poteſt, ut quidam opinantur, *ingentem ſtatuam:* ſimilitèr enim dixit GEMINATA *moles:* Stat. Silv. i. 1. quæ eſt gemella locutio; cum ità ſæpiſſimè *geminus* et *duplex* utuntur *Latini*, et *Græci* διπλοος: ut multis, ſi tanti eſſet, poſſem exemplis facilè demonſtrare. Rem agnoſcent docti.

V. 402. volvitur:—i. e. *ſua per veſtigia ſe volvit.* Hinc elegantem metaphoram deprompſit *Longinus* de Subl. Sect. 42. Δηλον δ', ὡς εμπαλιν τα εκταδην αποψυχα· ἁτε παρα μηκος ακαιρον ΑΝΑΚΑΛΟΥΜΕΝΑ: ità enim reſtitui debet iſte locus, et ità partim video *Toupium* reſtituiſſe; ſed in hoc ſolitam critici præ-

 Et

Et jam olim ſeras poſuit cùm vinea frondes,
Frigidus et ſylvis Aquilo decuſſit honorem;
Jam tum acer curas venientem extendit in annum
Ruſticus, et curvo Saturni dente relictam
Perſequitur vitem attondens, fingitque putando.
Primus humum fodito, primus devecta cremato
Sarmenta, et vallos primus ſub tecta referto:
Poſtremus metito. Bis vitibus ingruit umbra,
Bis ſegetem denſis obducunt ſentibus herbæ:
Durus uterque labor. Laudato ingentia rura,
Exiguum colito. Nec non etiàm aſpera ruſci
Vimina per ſylvam, et ripis fluvialis arundo
Cæditur; incultíque exercet cura ſalicti.
Jam vinctæ vites; jam falcem arbuſta reponunt;
Jam canit extremos effœtus vinitor antes.
Sollicitanda tamèn tellus, pulvíſque movendus:
Et jam maturis metuendus Jupiter uvis.
  Contrà, non ulla eſt oleis cultura; neque illæ
Procurvam expectant falcem, raſtróſque tenaces;
Cùm ſemèl hæſerunt arvis auráſque tulerunt.
Ipſa ſatis tellus, cùm dente recluditur unco,
Sufficit humorem, et gravidas cum vomere fruges.
Hoc pinguem et placitam paci nutritor olivam.
Poma quoquè, ut primùm truncos ſensêre valentes,
Et vires habuêre ſuas, ad ſidera raptim
Vi propriâ nituntur, opíſque haud indiga noſtræ.
Nec minùs interea fœtu nemus omne graveſcit,
Sanguineíſque inculta rubent aviaria baccis.
Tondentur cytiſi; tædas ſylva alta miniſtrat,
Paſcuntúrque ignes nocturni, et lumina fundunt.

ſtantiſſimi ſagacitatem deſidero, quòd non viderit vocis αναχαλυμενα proprietatem atque elegantiam. Si quid mutandum fuerit, mallem — ANAKYKΛOYMENA: vide Marc. Anton. ii. 14.

V. 408. Vetus editio penes me habet — *deſecta* — quæ lectio non eſt ſpernenda.

Et

Et dubitant homines ſerere, atque impendere curam?
  Quid majora ſequar? ſalices, humileſque geniſtæ,
Aut illæ pecori frondem, aut paſtoribus umbram
Sufficiunt; ſepémque ſatis, et pabula melli.
Et juvat undantem buxo ſpectare Cytorum,
Naryciæque picis lucos: juvat arva videre,
Non raſtris hominum, non ulli obnoxia curæ.
Ipſæ Caucaſeo ſteriles in vertice ſylvæ,
Quas animoſi Euri aſſiduè frangúntque ferúntque,
Dant alios aliæ fœtus: dant utile lignum
Navigiis pinus, domibus cedróſque cupreſſóſque.
Hinc radios trivêre rotis, hinc tympana plauſtris
Agricolæ, et pandas ratibus poſuêre carinas.
Viminibus ſalices fœcundæ, frondibus ulmi:
At myrtus validis haſtilibus et bona bello
Cornus; Ityræos taxi curvantur in arcus:
Nec tiliæ leves, aut torno raſile buxum,
Non formam accipiunt, ferróque cavantur acuto:
Nec non et torrentem undam levis innatat alnus
Miſſa Pado; nec non et apes examina condunt
Corticibúſque cavis, vitioſæque ilicis alveo.
Quid memorandum æquè Baccheïa dona tulerunt?
Bacchus et ad culpam cauſas dedit: ille furentes
Centauros letho domuit, Rhœtumque Pholumque,
Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.
  O fortunatos nimiùm, ſua ſi bona nôrint,
Agricolas! quibus ipſa, procùl diſcordibus armis,
Fundit humo facilem victum juſtiſſima tellus.

V. 448. curvantur. Ità legit *Servius*, et quidam codices antiqui, teſte *Pierio*. Ità Æn. iii. 533.

Portus ab Eoo fluctu CURVATUR IN ARCUM,

ubi notet lector *mediæ vocis* uſum.

V. 460. Hæc lectio—TELLUS *fundit* HUMO—ea eſt, opinor, quæ nemini judicium habenti, et venuſtatum *Virgilianarum* capaci, facilè commendabitur. Rectè quidèm diceres, *Terra*

 Si

Si non ingentem foribus domus alta ſuperbis
Manè ſalutantum totis vomit ædibus undam;

fundit gremio, et ſimilitèr: dicere autèm TERRAM HUMO *fundere*—mihi videtur planè portentoſum: quaſi ſcilicèt verendum fuit, ne putaremus *terram fundere* AERE, COELO, vel MARI fructus ſuos. Intereà inſupèr vehementèr dubito, an ſatis rectè dici poterit *fundere humo* ſine *præpoſitione:* ſed de hoc viderint alii, quibus otium eſt; mihi enim non vacat indices excutere. Quid plura? ità lego et accipio locum:

Fundit HUMI *facilem* VICTUM *juſtiſſima tellus.*

i. e. VICTUM *humi*; non *aurum*, *gemmas*, et id genus, OPES; non ad vitam ſuſtentandam, ſed ad oſtentationem comparatas; quæ non *facilè*, ſed *labore multo* acquiruntur. Hanc autèm interpretationem lectoris judicio permittimus, et refelli poſſumus ſine iracundiâ; ſit modò *Virgilio* ſatis factum.

Jam verò ſimilem locum *Xenophontis* conſideremus. Αυτος σκαπτων και σπειρων μαλα μικρον γηδιον, ου μεντοι πονηρον γε, αλλα παντων δικαιοτατον· ὁ τι γαρ αν λαβοι σπερμα, καλως και δικαιως απεδιδου αυτο τε και τοκον ΟΥΔΕΝ ΤΙ πολυν: Κ. Π. p. 468. Ed. Hutch. 8vo. Hæc certè ſana eſſe non poſſunt, utpote ſibi contraria: quomodò autèm corrigenda ſunt vix video. Non abibo tamèn ασυμβολος, quamvis conjecturam feliciorem vellem—και τοκον ΜΟΙ ΕΤΙ πολυν.

Huic etiàm refer ſuaviſſimi *Menandri* fragmentum:

Αγρον ευσεβεστερον γεωργειν ουδενα
Οιμαι· φερει γαρ ὁσα θεοις ανθη καλα,
Κιττον, δαφνην· κριθας τ᾽, εαν σπειρω, πανυ
Δικαιος αποδιδωσ᾽, ὁσας αν καταβαλω.

Hæc dedimus ex emendationibus *Bentleii:* fallitur autèm criticorum primus, cum dicit: "Ipſa ſententia *præſens tempus* poſtulat αποδιδωσι." Ignorabat ſcilicèt, aut oblitus eſt, vir ſummus, *tempus imperfectum* et *aöriſtum* ſæpiſſimè habere quodammodò vim *præſentis*; et rectiſſimè dixiſſet *Menander*, ſi ità voluiſſet, et permiſiſſent Muſæ—απεδωκε—SOLET *reddere.* Sic p. 42. Ed. Cler. ipſe *Menander:*

——————— ποδας και γαστερα
ΟΙΔΟΥΣΙΝ· επειτα σακκιον ΕΛΑΒΟΝ, εις θ᾽ ὁδον
ΕΚΑΘΙΣΑΝ—κ.τ.λ.

Et iterum p. 122.

Nec varios inhiant pulchrâ teſtudine poſtes,
Illusáſque auro veſtes, Ephyreïáque æra;
Alba neque Aſſyrio fucatur lana veneno,
Nec caſiâ liquidi corrumpitur uſus olivi:
At ſecura quies, et neſcia fallere vita,
Dives opum variarum; et latis otia fundis,
Speluncæ, vivíque lacus; at frigida Tempe,
Mugituſque boum, molléſque ſub arbore ſomni
Non abſunt. Illîc ſaltus, ac luſtra ferarum,
Et patiens operum parvóque aſſueta juventus,

———— αλλ' ΕΝΕΣΤΙ τι
Αγαθον· απ' αυτης παιδες· ελθοντ' εις νοσον
Τον εχοντα ταυτην ΕΘΕΡΑΠΕΥΣΕΝ επιμελως·
Ατυχȣντι ΣΥΜΠΑΡΕΜΕΙΝΕΝ· αποθανοντα ΔΕ
ΕΘΑΨΕ. κ.τ.λ.

ità enim legendus eſt et diſtinguendus iſte locus.

Ità denique p. 184. ſi rectè legatur:

———— τȣτο μονον επισκοτει
Και δυσγενεια και τροπȣ πονηρια
Και πασιν ὁις ΕΧΕΣΧΕΤ' ανθρωπος κακοις,
Το πολλα κεκτησθαι. —— Εχεσχετο: — i. e. *teneri* SOLET.

V. 462. "In Med. cod. *vomat* ſcriptum: quod neſcio quid elegantius ſonat." *Pierius.* — Rectè ſe habet recepta lectio: eodem enim *tempore* utitur *Lucretius*, in eo loco quem noſter ante oculos habuit: ii. 24.

V. 465. Aſſyrio veneno. Idem apud noſtrum quod *Syrio.* Sic *Aſſyrium amomum:* Ecl. iv. at Theoc. xv. 114. Συριω μυρω: —et *Horatius: Malobathro Syrio.* Apud *Bionem* i. 77. legimus:

Ραινε δε μιν μυρτοισιν, αλειφασι· ραινε μυροισιν.

Nimis autèm hiulcus eſt iſte verſus, et copulas efflagitat: ne dicam inſupèr eam locutionem, quæ eâdem dictione tam *propriè* quàm *tranſlatè* utitur in eâdem ſententiâ, ut hæc τῳ ραινε, apud omnes auctores vitioſam eſſe atque invenuſtam. Tu corrige:

Ραινε δε μιν ΣΥΡΙΟΙΣΙΝ αλειφασι· ραινε μυροισιν.

Quæ lectio longè illi præſtat, quam *Brunckius* nobis exhibet, utpotè veriſſima.

Sacra Deûm, ſanctique patres. Extrema per illos
Juſtitia excedens terris veſtigia fecit.
  Me verò primùm dulces ante omnia Muſæ,
Quarum ſacra fero ingenti percelſus amore,
Accipiant; cœlique vias et ſidera monſtrent,
Defectus ſolis varios, lunæque labores;
Unde tremor terris; quâ vi maria alta tumeſcant
Obicibus ruptis, rurſúſque in ſeipſa reſidant:
Quid tantùm Oceano properent ſe tingere ſoles
Hyberni; vel quæ tardis mora noctibus obſtet.
Sin, has ne poſſim naturæ accedere partes,
Frigidus obſtiterit circum præcordia ſanguis;
Rura mihi, et rigui placeant in vallibus amnes,
Flumina amem ſylváſque inglorius. O ubi campi
Sperchiúſque, et virginibus bacchata Lacænis
Taygeta! ô qui me gelidis in vallibus Hæmi
Siſtat, et ingenti ramorum protegat umbrâ!
  Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas,
Atque metus omnes et inexorabile fatum
Subjecit pedibus, ſtrepitúmque Acherontis avari!
Fortunatus et ille, Deos qui novit agreſtes,
Panaque Silvanúmque ſenem, Nympháſque ſorores!
Illum non populi faſces, non purpura regum
Flexit, et infidos agitans diſcordia fratres;
Aut conjurato deſcendens Dacus ab Iſtro;
Non res Romanæ, perituráque regna: neque ille
Aut doluit miſerans inopem, aut invidit habenti.
Quos rami fructus, quos ipſa volentia rura,

V. 475. Ordo eſt: *Muſæ dulces antè omnia.* Erubeſco equidèm de his mentionem faciens; ſed inſcitia interpretum cogit me.

V. 499. doluit—invidit. Valdè enim *inópes* aut *divites* nunquàm videt.

V. 500. volentia—ſponte ſuâ. Hoc eſt inelegantèr ταυτολογειν. Quid ſi—*quos ipſa* VIRENTIA *rura*

Sponte tulêre ſuâ, carpſit: nec ferrea jura,
Inſanúmque forum, aut populi tabularia vidit.
  Sollicitant alii remis freta cæca, ruúntque
In ferrum; penetrant aulas et limina regum.
Hic petit excidiis urbem miſeróſque Penates,
Ut gemmâ bibat, et Sarrano indormiat oſtro.
Condit opes alius, defoſſóque incubat auro:
Hic ſtupet attonitus roſtris: hunc plauſus hiantem
Per cuneos geminatus enim plebíſque patrumque
Corripuit: gaudent perfuſi ſanguine fratrum,
Exilióque domos et dulcia limina mutant,
Atque alio patriam quærunt ſub ſole jacentem.
  Agricola incurvo terram dimovit aratro:
Hinc anni labor, hinc patriam, parvóſque nepotes

Sponte tulere ſuâ — ?

Sic *convalle* VIRENTI: Æn. vi. *campoſque* VIRENTES: Lucret.

V. 511. Dicunt utique vel — *exſilio domos*, vel *exſilium domibus mutant:* v. Bentl. ad Hor. Od. ii. 16, 17. contrà quem tamèn contendo ità legendum eſſe illum locum, ut mox daturi ſumus; vix enim credo ſecundum ſubſtantivum reticeri poſſe, quoties *locum*, undè *egredimur*, ſignificat; aut ejus locutionis ullum exemplum inveniri:

Quid brevi fortes jaculámur ævo
Multa? Quid terras alio calentes
Sole mutamus PATRIA? *Quis exſul*
Se quoquè fugit?

quod enim objicit inſupèr vir magnus — "frigere aliquantulùm ea quæ ſequuntur,

Quis exul
Se quoque fugit?

perire nempè Antitheti gratiam et venuſtatem ſingularem — *Quis* PATRIÆ *exul* SE *quoque fugit.*" — Non me movet: ſed è contrà equidèm contendo, dicere *exſulem patriæ* invenuſtum eſſe et ταυτολογιαν, cum *exſul* per ſe ſit quaſi EX SOLO *patrio.*

V. 514. patriam. Modò præceſſit — *patriam quærunt:* diſplicet igitùr tam citò dictionis repetitio. Quomodò inſuper

Suſti-

Suſtinet; hinc armenta boum, meritoſque juvencos.
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,
Aut fœtu pecorum, aut Cereâlis mergite culmi;
Proventúque oneret ſulcos, atque horrea vincat.
Venit hyems; teritur Sicyonia bacca trapetis:
Glande ſues læti redeunt: dant arbuta ſylvæ:
Et varios ponit fœtus autumnus: et altè
Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis.
Intereà dulces pendent circum oſcula nati:
Caſta pudicitiam ſervat domus: ubera vaccæ
Lactea demittunt; pingueſque in gramine læto
Inter ſe adverſis luctantur cornibus hœdi.
Ipſe dies agitat feſtos: fuſúſque per herbam,
Ignis ubi in medio, et ſocii cratera coronant,
Te libans, Lenæe, vocat; pecoríſque magiſtris
Velocis jaculi certamina ponit in ulmo,
Corporáque agreſti nudat prædura palæſtrâ.
  Hanc olim veteres vitam coluêre Sabini,

ſuſtinet *patriam* agricola? Hoc cruciat interpretes. In tuto res erit, opinor, ſi legas:

—— *hinc* PATREM *parvoſque nepotes*
Suſtinet.

i. e. *grandævum patrem* et *parvos nepotes.*

V. 526. luctantur cornibus hædi. Neque ſolùm *inter ſe*, ſed etiàm cum *hominibus*, ſi *Longo* fides, Paſt. p. 32. Τοτε δε, κυνες, φασιν, εκ δεσμων λυθεντες, εσκιρτων, εσυριττον, ηδον, τοις τραγοις και τοις προβατοις συνεπαλαιον. Verùm enimverò reponendum eſſe arbitror — ΣΥΝΕΠΑΙΖΟΝ.

V. 527. fuſus: i. e. *ſe fundens:* participium *vocis mediæ.*

V. 528. cratera coronant. Dubium eſt, an de *cratere implendo*, an de *floribus coronando*, intelligi debet hic locus. Utrumque jungit Æn. iii. 525.

Tum pater Anchiſes magnum cratera CORONA
INDUIT, IMPLEVIT*que mero.*

Κρατηρ επιστεφης· υπερχειλης: Suid. v. etiàm in επιστεφεας. Et ſimilitèr in his vocibus et cognatis *Heſychius* et *Homeri Scholiaſtes.*

Hanç

Hanc Remus et frater: ſic fortis Etruria crevit
Scilicèt, et rerum facta eſt pulcherrima Roma,
Septémque una ſibi muro circumdedit arces.
Ante etiàm ſceptrum Dictæi regis, et antè
Impia quàm cæſis gens eſt epulata juvencis;
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.
Necdùm etiàm audiêrant inflari claſſica, necdùm
Impoſitos duris crepitare incudibus enſes.
Sed nos immenſum ſpatiis confecimus æquor,
Et jam tempus equûm fumantia ſolvere colla.

V. 533. Diſtingue: ——*ſic fortis Etruria crevit Scilicèt, et*——Sæpius in hoc peccatum eſt: v. i. 282. iii. 266. iv. 225.

V. 542. Quidam legunt *ſpumantia:* malè: v. iii. 515. quamvis etiàm ità citet, ſecundum libb. edd. *Quintilianus* viii. 6. Non ineptè reponerem — SUDANTIA:

——————— περι δ' ασπετος ΙΔΡΩΣ
Ειϐεται εκ λαγονων τε και ΑΥΧΕΝΟΣ. Ap. Rhod. ii. 665.

P. VIRGILII MARONIS

GEORGICORUM.

LIBER III.

TE quoquè, magna Pales, et te memorande canemus
Paſtor ab Amphryſo: vos ſylvæ, amnéſque Lycæi.
Cætera, quæ vacuas tenuiſſent carmina mentes,
Omnia jam vulgata. Quis aut Euryſthea durum,
Aut illaudati neſcit Buſiridis aras?
Cui non dictus Hylas puer, et Latonia Delos?
Hippodaméque, humeroque Pelops inſignis eburno,
Acer equis? Tentanda via eſt, quâ me quoque poſſim
Tollere humo, victorque virûm volitare per ora.
  Primus ego in patriam mecum (modò vita ſuperſit)
Aonio rediens deducam vertice Muſas:
Primus Idumæas referam tibi, Mantua, palmas:
Et viridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat

V. 13. Attende, lector, dum hunc locum ad examen paullò accuratius exigamus:

> *Et viridi in campo templum de marmore ponam*
> *Propter aquam, tardis* INGENS *ubi ſlexibus errat*
> MINCIUS, *et tenerâ prætexit arundine ripas.*

Min-

Mincius, et tenerâ prætexit arundine ripas.
In medio mihi Cæſar erit, templúmque tenebit.
Illi victor ego, et Tyrio conſpectus in oſtro,
Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.
Cuncta mihi, Alpheum linquens lucóſque Molorchi,
Curſibus et crudo decernet Græcia cæſtu.
Ipſe caput tonſæ foliis ornatus olivæ
Dona feram. Jam nunc ſolemnes ducere pompas
Ad delubra juvat, cæſóſque videre juvencos:
Vel ſcena ut verſis diſcedat frontibus, útque
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.
In foribus pugnam ex auro ſolidóque elephanto
Gangaridum faciam, victoríſque arma Quirini:
Atque hîc undantem bello, magnúmque fluentem
Nilum, ac navali ſurgentes ære columnas.
Addam urbes Aſiæ domitas, pulſúmque Niphaten,

INGENS *Mincius*; at hoc epitheton, quod rectè *Iſtro*, vel *Euphrati*, vel *Nilo*, vel *Gangi* denique adjungeretur, vix convenit *Mincio* per agros *Mantuæ* ſerpenti. Quid, quod *ingentes* fluvii non ſolent *tardis flexibus errare*, et *tenerâ arundine ripas prætexere*, ſed curſu rectiori violentèr ferri, et inter altas ripas; omnia interdùm *ſtirpeſque raptas et pecus et domos* (ut ait ille), nedùm *teneras arundines*, ſecum volventes? Vides ergò mendam ſubeſſe. At *ingens*, quod *Mincio* malè convenit, benè diceretur de *templo:* et ſæpius loquuntur poetæ in *plurali numero* — *aquas* et *undas* — quàm *aquam* et *undam*, cum de *fluminibus* generalitèr verba faciunt. Hinc igitùr facilis oritur loci correctio:

Et viridi in campo templum de marmore ponam
Propter AQUAS INGENS, *tardis ubi flexibus errat*
Mincius, et tenerâ prætexit arundine ripas.

Atquè hinc etiàm plus honoris accedit *Cæſari*, qui poterat INGENS *templum* TENERE: adeò ut uſquequàque vera videatur noſtra emendatio.

V. 30. pulſumque Niphatem. In ſimili loco *Horatius*; ubi tamèn librarii elegantiam et curioſam felicitatem poetæ corruperunt; ſi nobis quid ineſt judicii, et Venerum poeticarum ſapor.

Fiden-

Fidentémque fugâ Parthum verſíſque ſagittis;
Et duo rapta manu diverſo ex hoſte tropæa,

———— *nova*
Cantemus Auguſti trophæa
Cæſaris, et rigidum Niphaten,
Medumque flumen gentibus additum
Victis minores volvere vortices ——

Quanto elegantius ——

Medumque flumen, gentibus additum
Victis, MINOREM *volvere vortices* ——?

Sic ipſe iterùm Sat. ii. 3. 313.

Tanto diſſimilem, et tanto CERTARE MINOREM.

ut Thucyd. i. 50. ολιγαι αμυνειν. Nec objiciat aliquis, tunc eſſe debere *minus*, neutro genere, propter *flumen:* hoc enim nullo modo neceſſarium, cum *fluvius*, generale nomen, ſit maſculino.

Pari jure *Anacreon:* —— και ΒΡΕΦΟΣ μεν
Εσορω ΦΕΡΟΝΤΑ τοξον: et alii ſæpiſſimè.

Alia ſimilis elegantia culpâ diſtinctionis alibi periit *Horatio*; ſed ità ſublevandus eſt quantivis pretii poeta!

Auſa AT *jacentem viſere regiam*
Vultu ſereno; fortis et aſperas
Tractare ſerpentes: Od. i. 37. 25.

ſic ib. 3. 25. iii. 3. 50. Sat. ii. 7. 86. Hinc etiàm rectè explicandus eſt et diſtinguendus ad Od. iv. 4. 53. ubi miſerè rem agunt interpretes pro ſuâ ſagacitate:

Gens, quæ cremato fortis ab Ilio,
Jactata Tuſcis æquoribus ſacra,
Natoſque, maturoſque patres,
Pertulit Auſonias ad urbes:
Duris ut ilex tonſa bipennibus,
Nigræ feraci frondis in Algido,
Per damna, per cædes, ab ipſo
Ducit opes animumque ferro.

i. e. *ut ilex ducit opes à ferro, ità hæc gens fortior evaſit ob crematum Ilium.* Et SACRA *jactata*, non *gens:*

———— *raptos qui ex hoſte* PENATES
CLASSE VEHO *mecum:* Æn. i. 382.

Biſque

Bíſque triumphatas utroque ab litore gentes.
Stabunt et Parii lapides, ſpirantia ſigna,
Aſſaraci proles, demiſſæque ab Jove gentis
Nomina; Tróſque parens, et Trojæ Cynthius auctor.
Invidia infelix Furias amnémque ſeverum
Cocyti metuet, tortóſque Ixionis angues,
Immanémque rotam, et non exſuperabile ſaxum.
Intereà Dryadum ſylvas ſaltúſque ſequamur
Intactos, tua, Mæcenas, haùd mollia juſſa.
Te ſine nil altum mens inchoat: en! age, ſegnes
Rumpe moras: vocat ingenti clamore Cithæron,
Taygetíque canes, domitrixque Epidaurus equorum:
Et vox aſſenſu nemorum ingeminata remugit.
Mox tamèn ardentes accingar dicere pugnas
Cæſaris, et nomen famâ tot ferre per annos,
Tithoni primâ quot abeſt ab origine Cæſar.
Seu quis, Olympiacæ miratus præmia palmæ,
Paſcit equos, ſeu quis fortes ad aratra juvencos;
Corpora præcipuè matrum legat. Optima torvæ
Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix,

——————*feror exſul* IN ALTUM
Cum ſociis, natoque, PENATIBUS, ET MAGNIS Dîs: iii. 11.

Rectè etiàm emendavimus—*auſa* AT; quam levem emendationem deſiderat quoque *Flaccus* Od. iii. 27. 25.

Sic et Europe niveum doloſo
Credidit tauro latus; AT *ſcatentem*
Belluis pontum mediaſque fraudes
Palluit audax.

Quid autèm ſibi vult MEDIAS *fraudes*, hoc equidèm nunquàm potui diſcere, aut divinare; et aliis explicandum vellem.

Denique *jacentem regiam* eſt *mæſtam*—*in dolore verſatam*; quod ſatìs notum: fruſtrà igitùr objicit *Bentleius*.

V. 46. Quæ de his tribus verſibus diſſeruit *Ricardus Hurd, Epiſcopus Wigornienſis*, doctrinâ viri iſtius exquiſitâ atque ingenio elegante prorsùs digna ſunt; non tamèn adeò vehementèr movent me, ut eos audeam de textu eliminare. Vellem equidèm communi conſenſu criticorum ejicerentur.

Et

Et crurum tenus à mento palearia pendent.
Tum longo nûllus lateri modus; omnia magna:
Pes etiàm, et camuris hirtæ ſub cornibus aures.
Nec mihi diſpliceat maculis inſignis et albo;
Aut juga detrectans, interdúmque aſpera cornu,
Et faciem tauro proprior; quæque ardua tota,
Et gradiens imâ verrit veſtigia caudâ.
  Ætas Lucinam juſtóſque pati Hymenæos:
Deſinit ante decem, poſt quatuor incipit annos:
Cætera nec fœturæ habilis, nec fortis aratris.
Intereà, ſuperat gregibus dum læta juventus,
Solve mares: mitte in Venerem pecuaria primus,
Atque aliam ex aliâ generando ſuffice prolem.
Optima quæque dies miſeris mortalibus ævi
Prima fugit: ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus;
Et labor, et duræ rapit inclementia mortis.
Sempèr erunt, quarum mutari corpora malis;
Sempèr enim refice: ac ne pòſt amiſſa requiras,

V. 66. Locus longè ſuaviſſimus atque παθητικωτατ☉: qui tamèn mihi vix videtur procedere recto talo. Vide enim, lector naſute, an tibi excurrat, eâ, quâ par eſt, proprietate.

Optima quæque dies miſeris mortalibus ævi
Prima FUGIT: SUBEUNT *morbi, triſtiſque ſenectus,*
Et labor, et duræ RAPIT *inclementia mortis.*

Quid magis frigidum eſſe poteſt, quàm interpretari, ut ſolent—LABOR RAPIT?—undè, aut quo? Et ſi pleniùs diſtinguamus poſt *labòr*, ut ad *ſubeunt* referatur iſta vox, neſcio, an multum proficimus, dum ultima clauſula ſibi ſola relinquitur à præcedentibus abſciſſa; quod claudicare facit, vel potiùs cadere, ſententiam: nam novum id *verbum* το *rapit* interveniens verſus elegantiſſimè procedentes impedit et frangit. Totus locus, levi emendatione adjutus, ad finem uno ſpiritu celerique curſu properaret: hoc autèm lectoris arbitrio totum permittimus.

Optima quæque dies miſeris mortalibus ævi
Prima fugit: ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus,
Et labor, et duræ GRAVIS *inclementia mortis.*

V. 70. Sempèr enim. Cruciat interpretes το *enim*; et meritò, cum in hoc loco vim ſuam non habeat. Quid ſi legas?

Ante-

Anteveni; et ſobolem armento ſortire quotannis.
  Necnon et pecori eſt idem delectus equino.
Tu modò, quos in ſpem ſtatues ſubmittere gentis,
Præcipuum jam indè à teneris impende laborem.
Continuò pecoris generoſi pullus in arvis
Altiùs ingreditur, et mollia crura reponit:
Primus et ire viam, et fluvios tentare minaces
Audet, et ignoto ſeſe committere ponti:
Nec vanos horret ſtrepitus. (Illi ardua cervix,
Argutúmque caput, brevis alvus, obeſáque terga;
Luxuriátque toris animoſum pectus: honeſti
Spadices, glaucíque: color deterrimus albis
Et gilvo.) Tum, ſi qua ſonum procùl arma dedêre,
Stare loco neſcit, micat auribùs, et tremit artus,

Sempèr ITEM *refice.* ——

Ut ſempèr erunt, quarum mutari corpora malis, tu ETIAM *ſempèr refice.* Niſi ſit ad imitationem *Græcæ* particulæ γαρ: v. nos ad iv. 445.

V. 82. albis et gilvo. Una ſume; nam alitèr *albi equi* paſſim audiunt *boni* et *veloces.*

V. 83. Cum mihi ſuppetat nullus *Æſchylus*, non poſſum mihi temperare, quin exſcribam notam præſtantiſſimi *Brunckii* ad Ariſtoph. Ran. 1042. ubi *Virgilium* noſtrum ad partes vocat.

"Revocant iſta mihi verba in memoriam locum *Æſchyli* in S. Th. qui ad hunc diem mendâ inquinatus fuit. Eſt ubi de *Tydeo* nuncius ad regem refert v. 394.

——————— μαχης δ' ερων,
Ιππος χαλινων ὡς κατασθμαινων, μενει,
Οστις βοην σαλπιγγος ὁρμαινει μενων.

Quis μενει, μενων, duorum continuorum in ſenariorum fine à poëtâ eſſe credat? Scripſerat ille procùl dubio:

Οστις βοην σαλπιγγος ὁρμαινει κλυων.

Virgil. Georg. iii. 83.

——Tum, ſi qua ſonum procul arma dedere,
Stare loco neſcit." Hactenùs ille

Certè το μενει *Æſchyli*, et *ſtare loco neſcit*—*Maronis*, non op-

Collectumque premens volvit ſub naribus ignem:
Denſa juba, et dextro jactata recumbit in armo.

timè conveniunt. Quid autèm? pace tuâ, vir doctiſſime, ad hunc modum locum *Æſchyli* reſtituerem:

> ——— ——— μαχης δ' ερων,
> Ιππος χαλινων ὡς κατασθμαινων, ΒΡΕΜΕΙ,
> Οςις βοην σαλπιγγος ὀρμαινει μενων.

Neque, dùm in hâc materiâ verſamur, prætereundus eſt *Tryphiodori* locus:

> Ουατα δ' ακροτατοισιν επι κροταφοισιν αρηρεν
> Ορθα μαλ', αιεν ετοιμα μενειν σαλπιγγος ακεειν: v. 77.

ubi hæc habet *J. Merrick*, criticus et eruditus et modeſtus: "*Friſchlinus* et *Rhodomannus* potiùs legendum eſſe exiſtimant —μενειν σαλπιγγος ακουην· in quam correctionem et ipſe incideram, et illius confirmandæ ergò hæc exempla deſcripſeram:" Tum citat *Æſchylum*, ut ſuprà: et Eur. Rheſ. 988.

> ——— ——— χρη μενειν Τυρσηνικης
> Σαλπιγγος αυδην.

atque addit: "Voce ακουη uſi ſunt *Linus*, *Callimachus*, *Nonnus*, et alii." Hæc ille.

Mihi autèm vix ſatisfacit hæc emendatio: et ſi utatur voce *Callimachus*, alio in ſenſu utitur. Sic equidèm *Tryphiodorum* corrigo:

> Ορθα μαλ' αιεν ετοιμα ΜΕΛΟΣ σαλπιγγος ακεειν.

Sic *Virgilius:*

> *Et tuba commiſſos medio* CANIT *aggere ludos:* Æn. v. 113.
> ——— ——— *quo non præſtantior alter*
> *Ære ciere viros, martemque accendere* CANTU: vi. 164.

Cæterùm locum ſuum expreſſit *Tryphiodorus* à *Callimachi* H. Del. 230.

Noſtrum porrò *Tryphiodori* emendationem confirmat *Antipatri Sidonii* epigramma, quod hic paulò emendatiorem ſubjiciam.

> Α παρος αἱματοεν πολεμου ΜΕΛΟΣ εν δαϊ σαλπιγξ
> Και γλυκυν ειρανας εκπροχεουσα ΒΡΟΜΟΝ,
> Αγκειμαι, Φερενικε, τεον Τριτωνιδι κωρᾳ
> Δωρον εριβρυχων παυσαμενα κελαδων.

Ità, inquam, legendum eſt —εκπροχεουσα βρομον: quid enim eſt, lector, εκπροχεειν νομον? Dixit *Horatius:*

At

At duplex agitur per lumbos ſpina: cavátque
Tellurem, et ſolido graviter ſonat ungula cornu.

O! teſtudinis aureæ
DULCEM *quæ* STREPITUM, *Pieri, temperas!*

V. 85. premens. Nihil certius eſt, quàm quòd hic legi debeat, ut ipſe olim conjeceram:

Collectumque FREMENS *volvit ſub naribus ignem:*

i. e. βρεμων, ut nos *Æſchylum* emendabamus in præcedente notâ. Ità noſter *equum* FREMENTEM: i. 12. *equus* FREMIT: Æn. xi. 496. v. Lucret. v. 1075. ut et alii ſæpè. Adde, quòd vox *premens* nullum in ſe habeat bonum ſenſum, aut etiàm tolerabilem.

V. 86. jactata. Tu, lector, elegantiùs accipies in *mediæ vocis* ſignificatione—*ſe jactans.* Et ſimilitèr nos: *Toſſing about.*

V. 87. duplex. *Lata: Servius.* Benè v. nos ad ii. 382.— Et neſcio an non vox διssον in Epig. 17. *Leonidæ Tarentini,* alitèr explicante *Brunckio,* ità meliùs intelligetur; quod hic emendatius proponam:

Ευαγρει, λαγοθηρα· και ει, πετεηνα διωκων,
Ιξευτης ἡκεις τȣθ᾽ ὑπο δισσον ορε,
Κ᾽ΕΙ με τον ὑληωρον απο κρημνοιο ΒΟΑΣ ΣΥ
Πανα, συναγρευσω και κυσι και καλαμοις.

Si veneris—et me vocaveris, tecum venabor.
Sic habes alicubi in Anthol.

——— ΔΙΠΛΟΟΝ ειμα σοφοιο
Διογενȣς.

Undè *Horatius:*

Contrà quem DUPLICI PANNO *patientia velat:* Ep. i. 17.

Quid autèm, lector, ſi occaſionem arripiam emaculandi verſûs in hâc ipsâ *Flacci* epiſtolâ? Mihi ne ob moram ſuccenſebis?

Sedit, qui timuit ne non ſuccederet: Eſto.
Quid? qui PERVENIT, *fecitne viriliter?* v. 37.

"Qui timet, *non venit in ſtadium:* benè eſt: non illum culpamus. Quid autèm? *qui ſtadium ingreſſus eſt,* anne ille viri officio functus eſt?"—Hoc certiſſimè dicere voluit poëta: at verba non quadrant: lege igitur:

Quid? qui PROVENIT, *fecitne viriliter?*

Talis

Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus, et, quorum Graii meminêre poëtæ,
Martis equi bijuges, et magni currus Achillis.
Talis et ipſe jubam cervice effudit equinâ
Conjugis adventu pernix Saturnus, et altum
Pelion hinnitu fugiens implevit acuto
  Hunc quoquè, ubi aut morbo gravis, aut jam ſegnior [annis
Deficit, abde domó, nec turpi ignoſce ſenectæ.

Nec alitèr Æſop: Fab. 140. Ed. Ox. Εις εϛιν αλληλοις ανηρ τε και λεων ΠΡΟΗΛΘΟΝ.—

V. 88. ſolido ungula cornu. Hinc ſeſe nobis offert corrigendum *Longus* Paſt. p. 25.—Ουδ᾽ αν απολοιτο βους νηχομενος, ει μη των χηλων οι ονυχες περιπεσοιεν διαβροχοι γανομενοι.—Legendum, opinor, ΠΕΡΙΠΛΑΚΕΙΕΝ: ità *molles* evadant, ut *circum pedem flectantur*, quotiès *aquam feriant*; ideòque non eam *reſiſtentiam* faciant, ſine quâ bos *ſuper aquam* ferri nequit, et ſtatim mergitur.

V. 95. Nihil agit *Virgilius* noſter, antè omnes poëtas ſimplex et perſpicuus, cum ſplendoribus ejus nubes ſuas interpretes perpetuò offundunt, qui mirè obſcuraverunt hunc locum. Tu ſic intellige: *Hunc quoque*—i. e. "*Etiàm* hunc, equus licèt fuerit præſtantiſſimus, ubi *morbo* aut *annis* gravis eſt, ab armento ſemotum *abde domo*; neque excipe indulgentiâ inhoneſtam atque imbecillam ſenectutem. Quid enim corrumpere futuram prolem tibi proderit propter priora merita equi jam deſueti; præſertim cum et ipſi factum eſt officium generandi et ingratum et laborioſum?"

Verùm enimverò, mì lector, ſi hic omnia ſe rectè habere vel nunc putas, multùm falleris: graviſſimam enim et infeliciſſimam tranſpoſitionem paſſus eſt *Virgilius.* Poſt verſum *nonageſimum ſextum* interponendi ſunt *tres* verſus, qui v. 119. ſequuntur, et manifeſtiſſimè locum non ſuum occupant. Tum demùm rectè procedet locus; adeò ut proprietatem *Virgilianam* ſtatim poteris agnoſcere.

Hunc quoque, ubi, aut morbo gravis aut jam ſegnior annis,
Deficit, abde domo; nec turpi ignoſce ſenectæ;
Quamvis ſæpè fugâ verſos ille egerit hoſtes,
Et patriam Epirum referat, forteſque Mycenas,
Neptunique ipſâ deducat origine gentem.

Hic tam apti ſunt et convenientes hi tres verſus, quàm in alio

Fri-

Frigidus in Venerem ſenior, fruſtráque laborem
Ingratum trahit; et, ſi quandò ad prælia ventum eſt,
Ut quondàm in ſtipulis magnus ſine viribus ignis,
Incaſsùm furit. Ergò animos ævúmque notabis
Præcipuè, hinc alias artes, prolemque parentum;
Et quis cuique dolor victo, quæ gloria palmæ.
Nónne vides, cùm præcipiti certamine campum
Corripuêre, ruúntque effuſi carcere currus;

loco inepti inveniuntur, et nihil ad rem. Dabit mihi, opinor, manus, quicunque locorum ſcopum benè perpenderit.

V. 101. hinc. *Poſt hoc—in ſecundo loco pone:* nos: *In the next Place their other Excellencies.*

At, quæſo, quid ſibi volunt voces—*prolemque parentum?* Ergò noſtrum, ut videtur, pænitebat prioris præcepti, quod inter prima poſuerat:

Corpora PRÆCIPUE MATRUM *legat:* V. 51.

nihil tale; neque ità ſolet ſui oblviſci *Maro.* Lege:

——*hinc alias artes, prolemque,* PARENTESQUE,
Et quis cuique dolor victo.

V. 103. Si locus oculis attentioribus ſpectetur, ſtatim patebit imperfectam eſſe conſtructionem: plena autèm et perfecta evadet ope levis admodùm emendationis, quæ mihi videtur prorsùs neceſſaria. Sic igitùr ad meum judicium reformari debet:

Nonne vides, cum præcipiti certamine campum
Corripuere ruuntque effuſi carcere currus,
QUAM *ſpes arrectæ juvenum.*——

nonne vides—quid? *quàm ſpes,* &c.

"At quid, dicet aliquis, *equis* rei cum *aurigarum* æmulatione?" Et jure quidèm: ſeria eſt objectio; et *Maronem* gravabit, niſi illi ſubvenire poterimus: accingendum eſt. Per *ſpes juvenum* igitùr poteras intelligere *ſpes juvenum equorum*; ut—

————*æquè* JUVENEM*que magiſtri*
Exquirunt, calidumque animis et curſibus acrem: V. 118.

at hoc vetat—ILLI *inſtant*; cùm nihil habet *pronomen*, ad quod referatur, niſi *juvenum*—i. e. *aurigarum:* Ille igitùr, qui in his rebus naſum habet, pro ſe judicet, an non ſic potiùs elucebit demùm, ut decet, ſententia:

Cùm ſpes arrectæ juvenum, exultantiaque haurit
Corda pavor pulſans: illi inſtant verbere torto,
Et proni dant lora: volat vi fervidus axis:
Jamque humiles, jámque elati ſublimè videntur
Aëra per vacuum ferri, atque aſſurgere in auras.
Nec mora, nec requies; at fulvæ nimbus arenæ
Tollitur: humeſcunt ſpumis flatúque ſequentûm:
Tantus amor laudum, tantæ eſt victoria curæ.
  Primus Erichthonius currus et quatuor auſus
Jungere equos, rapidíſque rotis inſiſtere victor.
Fræna Pelethronii Lapithæ gyróſque dedere,
Impoſiti dorſo; atque equitem docuêre ſub armis

Nonne vides, QUAM *præcipiti certamine campum*
Corripuere ruuntque effuſi carcere currus!
QUAM *ſpes arrectæ juvenum!*

currus—i. e. *equi:* ut v. 91.

Martis EQUI *bijuges, et magni* CURRUS *Achillis.*

Denique, ſi id mavis, poſteriorem emendationem—τȣ *cum* in *quàm*—rejicere licet, utpotè non omninò, neceſſariam, quamvis vis et ſpiritus indè importetur in ſententiàm.

V. 116. impoſiti dorſo: *Mediâ voce*—SESE IMPONENTES *dorſo.* Atque hic commoda ſatis nobis offertur occaſio explicandi locum *Phædri*, qui magnas turbas excitavit, atque etiàm magno *Bentleio* nonnihil negotii faceſſivit: quos, ſi velit, adeat lector; nam nobis nec libet nec per otium licet eorum objectiones exſcribere, aut refellendis immorari.

Exemplis continetur Æſopi genus;
Nec aliud quicquam per fabellas quæritur,
Quàm corrigatur error ut mortalium,
Acuatque ſeſe diligens induſtria: Prol. L. ii.

Æſopi genus—eſt *familia*—*diſcipuli*—*Æſopi*; qui ad ejus morem fabulas excogitabant: Ut *Cicero* dixit—*familia Peripateticorum:* nec multò alitèr ipſe *Phædrus* v. 7.

Ut ſpectatorum COME *eſt et lepidum genus:*

ità enim felicitèr reſtituit *Bentleius* in margine exemplaris ſui penes me.

Continetur verò eſt *ſe continet* intra *fictas perſonas*, non *veris*

In-

Inſultare ſolo, et greſſus glomerare ſuperbos.
Æquus uterque labor: æquè juvenemque magiſtri
Exquirunt, calidúmque animis, et curſibus acrem:
Quamvis ſæpè fugâ verſos ille egerit hoſtes,
Et patriam Epirum referat, fortéſque Mycenas;
Neptuníque ipsâ deducat origine gentem.
His animadverſis, inſtant ſub tempus; et omnes
Impendunt curas denſo diſtendere pingui,
Quem legêre ducem, et pecori dixêre maritum;
Pubentéſque ſecant herbas, fluvióſque miniſtrant,
Farráque: ne blando nequeat ſupereſſe labori,
Invalidíque patrum referant jejunia nati.
Ipsa autem macie tenuant armenta volentes.
Atque ubi concubitus primos jam nota voluptas

utitur. *Quæritur* itèm eſt *ſibi quærit*, ſecundam genuinam *vocis mediæ* ſignificationem; et habet accuſativum *aliud quicquam*. Pari modo *corrigatur* eſt *ſe corrigat:* adeò ut omnia videas per *vocem mediam* procedere: — *continetur* — *quæritur* — *corrigatur* — *acuat ſeſe:* et numerari debet in elegantiſſimis locis ſcriptoris admodùm ſimplicis et elegantis in omni tempore.

Denique, ut hic *impoſiti* noſter uſus eſt in *voce mediâ*, ità iterùm uti voluit eâdem dictione Æn. ii. 707.

Ergò age, charè pater, cervici IMPONERE *noſtræ.*

V. 120. In v. 118. de *equo juvene* loquitur; hic de *ſeniore equo*, ut qui SÆPE *fugâ verſos hoſtes egerit:* hæc ergò non cohærent, et rectè retulimus hos verſus ad locum, in quo de *equo* jam ætate provecto ſermo inſtituitur.

V. 129. Ipſa autèm. Imò IPSI *autèm* — legere debemus; non *ipſa armenta*, quod nihili eſt. "*Ipſi* magiſtri pecudum, qui tantoperè fovent *equos*, ut evadant magis pingues; *ipſi*, inquam, longè alitèr curant *armenta*."

V. 130. Rectè omninò contendunt viri docti non benè morari in unâ ſede *primos* et *nota:* aut ſi fortaſsè detorqueri poterint hæ voces ad quandam ſensûs ſpeciem, non is eſt artifex dicendi *Virgilius*, ut egeat talibus defenſionibus orationis ſuæ. Nihil apud eum ſcabri, nihil jejuni, nihil invenuſti; denique, obſcuri nihil. Libentiſſimè igitùr amplector lectionem, quam nobis ſervavit, referente *Martyno*, codex *Cantab.*

Sollicitat; frondéſque negant, et fontibus arcent:
Sæpe etiam curſu quatiunt, et ſole fatigant;
Cùm graviter tunſis gemit area frugibus, et cùm
Surgentem ad Zephyrum paleæ jactantur inanes.
Hoc faciunt, nimio ne luxu obtuſior uſus
Sit genitali arvo, et ſulcos oblimet inertes;
Sed rapiat ſitiens Venerem, interiúſque recondat.
Rursùs, cura patrum cadere, et ſuccedere matrum
Incipit, exactis gravidæ cùm menſibus errant.
Non illas gravibus quiſquam juga ducere plauſtris,
Non ſaltu ſuperare viam ſit paſſus, et acri
Carpere prata fugâ, fluvióſque innare rapaces.
Saltibus in vacuis paſcant, et plena ſecundum
Flumina: muſcus ubi, et viridiſſima gramina ripa,

> *Atque, ubi concubitus primos jam* NATA *voluptas*
> *Sollicitat* ——

Verùm enimverò locutio—*jam nata*—per ſe vix placet, et videtur nimis nuda atque derelicta. Oratio plenior exſurgeret et melior, levi adhùc adhibitâ correctione:

> *Atque, ubi concubitus* PRIMO JAM NATA *voluptas*
> *Sollicitat.*

ſic v. 187. JAM PRIMO *audeat:* et ſæpè alibi.

Si quis autèm dicat nos eſſe audaciores conjecturarum, hoc ſibi reſponſum habeat: *Virgilium* cupimus relinquere quàm liberrimum mendarum; et unicuique ſuum licet judicium ſequi. Pro re criticâ egerunt alii, et doctiores nobis et ſagaciores.

V. 143. paſcant: i. e. *agricolæ paſcant:* alii autèm—*paſcant matres:* ſtultè, et contrà linguæ rationem; tunc enim dediſſet noſter—*paſcantur matres:* ut v. 162. Similitèr—PASCES *armenta:* v. 155. Eundem errorem errant turpiſſimè interpretes ad Eur. Rheſ. 551. ubi reddunt νεμουσι—*paſcuntur*, cum debuerant—*paſcunt*—non *greges* ſcilicèt, ſed—*paſtores paſcunt greges.*

> Ηδη δε νεμουσι κατ' Ιδαν
> Ποιμνια· νυκτιδρομου
> Συριγγος ιαν κατακουω.

quid autèm nòs ακουομεν; μη συριγγος νυκτιδρομου; imò potiùs, ſi placet, corrige—ΝΥΚΤΙΒΡΟΜΟΥ.

Spe-

Speluncæque tegant, et ſaxea procubet umbra.
 Eſt lucos Silari circa ilicibúſque virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen aſilo
Romanum eſt, œſtron Graii vertêre vocantes;

V. 147. volitans. *Participium* pro *ſubſtantivo*, ob linguæ egeſtatem ſæpiùs; ſæpè autèm nullâ coacti neceſſitate. Sic *Callimachus:*

> Αρτεμιν, (ου γαρ ελαφρον ΑΕΙΔΟΝΤΕΣΣΙ λαθεσθαι)
> Υμνεομεν: H. Dian. 1.

undè in alio loco — H. Del. 5.

> —— φοιβον αοιδαων μεδεοντα ——

mallem

> ΑΕΙΔΟΝΤΩΝ μεδεοντα.

Hinc levi operâ emendabitur Epig. 51. Leon. Tarent. apud *Brunck.* vol. 1. quod infelicitèr tentabant viri doctiſſimi.

> Πυρσου τουτο λεοντος απεφλοιωσατο δερμα
> Σωσος ὁ ΒΟΥΚΟΛΕΩΝ, δουρι φονευσαμενος.

—— cui nomen Aſilo. Sic Æn. i. 261. *cui nunc cognomen Iulo.* Hinc corrigendus *Horatius:*

> —— *undè frequentia* MERCURIALI
> *Impoſuere mihi cognomen compita:* Sat. ii. 3. 25.

ut paulò infrà v. 48.

> —— *qui tibi nomen*
> INSANO *poſuere.*

undè optimè *Bentleius* emendat Plaut. Amph. Prol. 19. in exemplari ſuo penes me:

> *Jovis juſſu venio: nomen* MERCURIO *eſt mihi.*

neque alia latet conſtructio in Art. Poet. Horat. loco; cujus cum verus ſenſus nemini videatur in mentem veniſſe, hic ad partes, probâ diſtinctione donatum, vocabo.

> *Syllaba longa brevi ſubjecta vocatur Iambus,*
> *Pes citus; undè etiàm trimetris accreſcere juſſit*
> *Nomen Iambeis. Cum ſenos redderet ictus,*
> *Primus ad extremum ſimilis ſibi, non ità pridèm,*
> *Tardior ut paulò graviòrque veniret ad aures,*
> *Spondeos ſtabiles in jura paterna recepit*
> *Commodus et patiens:* v. 251.

Aſper,

Aſper, acerba ſonans: quo tota exterrita ſylvis
Diffugiunt armenta; furit mugitibus æther
Concuſſus, ſylvæque, et ſicci ripa Tanagri.
Hoc quondàm monſtro horribiles exercuit iras
Inachiæ Juno peſtem meditata juvencæ.
Hunc quoquè (nam mediis fervoribus acrior inſtat)
Arcebis gravido pecori; armentáque paſces
Sole recèns orto, aut noctem ducentibus aſtris.

i. e. "Longa ſyllaba poſt brevem vocatur Iambus; pes citus, undè (*ex quâ celeritate*, ut optimè vetus interpres) nomen CITIS (v. Od. i. 16. 24. ut à χωλοις Ιαμβοις diſtinguerentur) juſſit dari trimetris Iambeis. Cum verò hic Iambus ab initio versûs ad finem ſimilis ſibi ictus omnes ſuos redderet, non ità pridem, &c." quæ ſequuntur enim plana per ſe cuivis ſunt.

V. 148. Huic deplorato loco nullus omninò ſenſus ineſt; cujus tamèn quandam imaginem per quoſvis verborum cruciatus potiùs extundere fruſtrà volunt interpretes atque per quaſvis abſurditates, quàm ad textûs depravationem, quæ aliquandò non potuit non evenire, ſe recipere. *Graii* ſcilicèt nomen *OEſtrum* à *Romanis* habuere, et *Graiorum* (ſi Dîs placet) antiquiſſimus *Homerus*: Od. x. 300.—Vulgò tamen audiebat μυωψ:

——————— ἠυτε τυπεισαι
ΚΕΝΤΡΟΣ ανεπτοιησε βοοῤῥαισαο μυωπος: Tryph. 351.

ità enim legendus eſt iſte locus.

Sed nugis valedicamus; è ſcopo enim loci manifeſtiſſimum eſt hoc velle dicere *Virgilium*:

"Hunc volitantem *Romani* nunc vocant *aſilum*; at majores noſtri, incolæ veteres *Lucaniæ*, (cujus regionis flumen eſt *Silarus* et mons *Alburnus*) et *Græcorum* colonia, (undè et regio vocabatur *magna Græcia*) patriam linguam, ut par eſt, ſervantes, OESTRUM vocabant."

Hoc autèm quid poteſt eſſe minùs coactum, atque indubitatum magis? Undè exoritur ſimplex admodùm (ſi gravem corruptionem ſpectes) et, meo judicio, quantivis pretii digna emendatio:

Eſt lucos Silari circa ilicibuſque virentem
Plurimus Alburnum volitans; *cui nomen Aſilo*
Romanum eſt; *œſtrum Graii* VETERESQUE VOCABANT.

V. 151. ſicci. Malè *Philargyrius* de hâc voce. Oſtendere vult poëta, ut mihi videtur, hoc non accidere niſi in magno æſtu.

Poſt

Poſt partum, cura in vitulos traducitur omnis:
Continuóque notas et nomina gentis inurunt;
Et quos aut pecori malint ſubmittere habendo,
Aut aris ſervare ſacros, aut ſcindere terram,
Et campum horrentem fractis invertere glebis.
Cætera paſcuntur virides armenta per herbas.
Tu quos ad ſtudium atque uſum formabis agreſtem,
Jam vitulos hortare, viamque inſiſte domandi,
Dum faciles animi juvenum, dum mobilis ætas.
Ac primùm laxos tenui de vimine cîrclos
Cervici ſubnecte; dehinc, ubi libera colla
Servitio aſſuêrint, ipſis è torquibus aptos
Junge pares, et coge gradum conferre juvencos.
Atque illis jam ſæpè rotæ ducantur inanes
Per terram, et ſummo veſtigia pulvere ſignent.
Pòſt valido nitens ſub pondere faginus axis

V. 157. codex unus habet *deducitur*; *traducitur* autèm eſt vox in primis elegans.

Atque ſatas alio vidi TRADUCERE *meſſes:* Ecl. viii. 99.

Hinc venuſtiſſimè magnus gentium *apoſtolus:*

Χαρις δε τῳ Θεῳ, ὁτι ητε δȣλοι της ἁμαρτιας, ὑπηκȣσατε δε εκ καρδιας εις ὁν ΠΑΡΕΔΟΘΗΤΕ τυπον διδαχης: Rom. vi. 17. "tranſlati è ſervitio peccati in juſtitiæ miniſterium:" עבר—Exod. xiii. 12.

V. 170. ducantur per terram. Hoc non placet: nemo enim fuiſſet arbitratus duci debere per *æthera*, vel per *mare:* eòque magis ſupervacua eſt hæc locutio, quòd ſequatur *ſummo pulvere*. Vult ſcilicèt poëta quàm *leviſſimo labore* juvencos jam exerceri, atque ſenſim ad majora pervenire. Vide igitùr, an rectè nobis excogitata fuerit hujuſce loci emendatio:

ÆQUAM *illis jam ſæpè rotæ ducantur inanes*
PER TERRAM, *et ſummo veſtigia pulvere ſignent.*

Jam nihil otioſum eſt, ſed ſingulis ſua vis et proprietas.

V. 172. *Nitens ſub pondere* ea eſt, ni fallor, locutio, cujus ſimilem fruſtrà quæſiveris: ſi enim varias hujuſce dictionis *nitor* ſignificationes attentiùs inſpexeris, nullam reperies huic loco convenientem. Et quid opus eſt miſeram vocem, nihil veri demùm reſponſuram, quæſtioni ſubjicere, cum ultrò ſeſe nobis In-

Inſtrepat, et junctos temo trahat æreus orbes.
Intereà pubi indomitæ non gramina tantùm,
Nec veſcas ſalicum frondes, ulvámque paluſtrem;
Sed frumenta manu carpes ſata: nec tibi fœtæ,
More patrum, nivea implebunt mulctralia vaccæ;
Sed tota in dulces conſument ubera natos.
  Sin ad bella magìs ſtudium, turmáſque feroces,
Aut Alphea rotis prælabi flumina Piſæ,
Et Jovis in luco currus agitare volantes;
Primus equi labor eſt, animos atque arma videre
Bellantûm, lituóſque pati, tractúque gementem
Ferre rotam, et ſtabulo frænos audire ſonantes:
Tum magìs atque magìs blandis gaudere magiſtri
Laudibus, et plauſæ ſonitum cervicis amare.
Atque hæc jam primò, depulſus ab ubere matris,
Audiat, inque vicem det mollibus ora capiſtris
Invalidus, etiámque tremens, etiam inſcius ævi.
At, tribus exactis, ubi quarta acceſſerit æſtas;
Carpere mox gyrum incipiat, gradibúſque ſonare
Compoſitis; ſinuétque alterna volumnia crurum,
Sítque laboranti ſimilis: tum curſibus auras
Provocet; ac per aperta volans, ceu liber habenis,

offerat genuina vox, quam credibile eſt ſcripſiſſe *Virgilium?* En! tibi:

> *Poſt, valido* NUTANS *ſub pondere, faginus axis*
> *Inſtrepat.*

Sic *Ovidius* de Art. Am. ii. 263.

> *Dum benè dives ager, dum rami* PONDERE NUTANT.

vide et Juv. Sat. ii. 125. Et ità *Græci:*

> Ωδε κεν ἁδροσυνῃ ϛαχυες NEYOIEN εϱαζε: Heſ. Op. et D. ii. 91.

ità denique ipſe noſter:

> *Aſpice convexo* NUTANTEM PONDERE *mundum:* Ecl. iv. 50.

Æquora,

Æquora, vix ſummâ veſtigia ponat arenâ.
  Qualis hyperboreis Aquilo cùm denſus ab oris
Incubuit, Scythiæque hyemes atque arida differt
Nubila; tum ſegetes altæ campíque natantes
Lenibus horreſcunt flabris, ſummæque ſonorem
Dant ſylvæ, longíque urgent ad litora fluctus:
Ille volat, ſimul arva fugâ, ſimul æquora verrens.
  Hic, vel ad Elei metas et maxima campi
Sudabit ſpatia, et ſpumas aget ore cruentas;
Belgica vel molli meliùs feret eſſeda collo.

V. 196. Ordo eſt: *Aquilo incubuit*, *denſus* (i. e. magnâ vi ruens) *Hyperboreis ab oris.*

V. 197. differt:—i. e. "ſpargit per alias regiones."—Hæc inſupèr ſimilitudo non frangi debet, ſed perlegi uno ſpiritu: ſcribendum igitùr CUM *ſegetes*, hoc modo:

> *Qualis Hyperboreis Aquilo* CUM *denſus ab oris*
> *Incubuit Scythiæque hyemes atque arida differt*
> *Nubila*; CUM *ſegetes altæ*—, &c.

ità *ille volat*—. Jam vides locum rectè currere.

V. 200. urgent. "Explicui cum doctis *urgent ſe.* Hoc malo, quàm illud Grammaticorum: *urgent* pro *urgentur*:" *Cerda.* Intrà pauca verba non paucas abſurditates effutit vir bonus. *Urgent* verbum *neutrum* eſt: et ſimilitèr nos *Angli*: *The Waves* PRESS *to the Shore.*

Sed multùm dubito an non præferenda ſit illa lectio, quam exhibent aliquot antiqui codices:

> —— LONGE*que urgent ad littora fluctus.*

ità enim infrà v. 238.

> LONGIUS *ex altoque ſinum trahit:*

Illuſtrabit etiàm locum i. 443.

> ———— *namque* URGET AB ALTO
> *Arboribuſque ſatiſque notus pecorique ſiniſter.*

gemella enim ſunt—*longè*, et *ex alto*: v. nos i. 324.

V. 202. "In Romano codice eſt—HINC *vel ad Elei.*" *Pierius.* Quæ mihi videtur vera lectio, atque in textum admittenda.

Tum

Tum demùm craſsâ magnum farragine corpus
Creſcere jam domitis ſinito; namque ante domandum
Ingentes tollent animos, prênsíque negabunt
Verbera lenta pati, et duris parere lupatis.
  Sed non ulla magìs vires induſtria firmat,
Quàm Venerem et cæci ſtimulos avertere amoris;
Sive boum, ſive eſt cui gratior uſus equorum.
Atque ideò tauros procùl atque in ſola relegant
Paſcua, poſt montem oppoſitum et trans flumina læta:
Aut intùs clauſos ſatura ad præſepia ſervant.
Carpit enim vires paulatim, urítque videndo
Fœmina; nec nemorum patitur meminiſſe, nec herbæ:
Dulcibus illa quidèm illecebris, et ſæpè ſuperbos
Cornibus inter ſe ſubigit decernere amantes.
Paſcitur in magnâ ſylvâ formoſa juvenca:
Illi alternantes multâ vi prælia miſcent

V. 205. Ordo eſt: "Tum demùm ſinito jam domitis corpus, magnum craſsâ farragine, creſcere." Nam in his rebus altè cæcutiunt interpretes.

V. 216. nec nemorum—nec herbæ. Hoc iterùm tangit v. 520.

> *Non* UMBRÆ *altorum* NEMORUM, *non* MOLLIA *poſſunt*
> PRATA *movere animum.*

V. 217. Me ſæpiùs contemplantem Veneres non enarrabiles hujuſce deſcriptionis, quâ nullam feliciûs perfectiùſque elaboravit noſter, ſolent offendere frigidæ voces *et ſæpè*; quæ potiùs puerulum quendam de ludo mihi videntur ſapere, quàm maximum artificem Muſarum. *Urit fœmina* dum videtur *illecebris* et *pulchritudine*; et audit *formoſa juvenca:* undè et proclivis nec invenuſta exſurgit emendatio, quam libet lectori proponere:

> *Dulcibus illa quidèm illecebris* SPECIEQUE *ſuperbos*
> *Cornibus inter ſe ſubigit decernere amantes.*

Et pro *cornibus*, noſtrum exemplar vetus exhibet *comminùs*; nec malè.

V. 219. Pulcherrimè inter ſe opponuntur juvencæ tranquillitas et taurorum furor: undè miſeret me illorum, qui hunc verſum obelo confodiunt; ne dicam à *Theocrito* eſſe adumbratum:

Vul-

Vulneribus crebris: lavit ater corpora ſanguis,
Verſáque in obnixos urgentur cornua vaſto

> Εντοσθεν δε γυνα, τι θεων δαιδαλμα, τετυκται,
> Ασκητα πεπλωτι και αμπυκι· παρ δε οἱ ανδρες
> Καλον εθειραζοντες αμοιβαδις αλλοθεν αλλος
> Νεικευσ᾽ επεεσσι· τα δ᾽ ου φρενος ἁπτεται αυτας.
> Αλλοκα μεν τηνον ποτι δερκεται ανδρα γελευσα,
> Αλλοκα δ᾽ αυ ποτι τον ῥιπτει νοον: Id. i. 32.

Aut etiàm à *Sophocle*:

> Ην δε αμφιπλεκτοι
> Κλιμακες· ην δε μετωπων ολοεντα
> Πληγματα, και στονος αμφοιν.
> Α δ᾽ ευωπις ἁβρα
> Τηλαυγει παρ᾽ οχθῳ
> Ηστο, τον ὁν προσμενουσ᾽ ακοιταν: Trach. 529.

Verùm enimverò, dum ante oculos nobis obverſatur *Theocritus*, operæ pretium erit diligentiùs inſpicere raram elegantiam locutionis — ῥιπτει νοον: *animum jaculatur*; ut *animi jactus* — *Lucretius* ii. 1046. figura eſt ab *oculis* deſumpta; ut nos: Casts a Glance. Felix eſt in hâc re *Tryphiodorus*:

> Ηδε, τανυφθογγοιο δεμας κηρυκος ἑλουσα,
> Συμφραδμων Οδυσηϊ παριστατο θουρις Αθηνη,
> Ανδρος επιχειουσα μελιχροι νεκταρι φωνην.
> Αυταρ ὁ, δαιμονιησι νοον βουλησιν ἑλισσων,
> Πρωτα μεν ἑστηκει κενεοφρονι ανδρι εοικως,
> ΟΜΜΑΤΟΣ αστρεπτοιο ΒΟΛΗΝ επι γαιαν ερεισας. v. 109.

hic verò non ſunt ſana quædam; auctor enim eſt corruptiſſimus. Non potes ſecundum veram *Græcæ* linguæ rationem dicere de aliquo alterius ſpeciem mentito — δεμας ἑλουσα: dicendum utique eſt — δεμας ΕΛΟΜΕΝΗ — SIBI SUMENS *corpus*: ſed hæc perſpicere, eſt (ut ille ait) το πολλης πειρας τελευταιον επιγεννημα: nec quidèm cujuſvis eſt pro vero ſtatim agnoſcere. Lege igitùr:

——————— δεμας κηρυκος ΕΧΟΥΣΑ.

Friget porrò μελιχροι νεκταρι· nec cuivis judicium habenti facilè probabitur: lege:

——— ΜΕΛΙΡΡΟΑ νεκταρι φωνην.

Novimus ſcilicèt — ΜΕΛΙΤΟΣ γλυκιων ΡΕΕΝ ΑΥΔΗ.

Nec mihi temperare poſſum, quin hic apponam, levitèr

Cum

Cum gemitu: reboant ſylvæque et magnus Olympus.
Nec mos bellantes unà ſtabulare; ſed alter

emendatum, terſiſſimum ſuaviſſimumque *Meleagri* epigramma; opuſculum ipſis cælatum Muſis, ideòque magno pretio mallem de *puellâ* fuiſſet ſcriptum:

ΕΚ ΣΟΥ τ' αμα, Μυισκε, βιου πρυμνησι' ανηπται·
Εν σοι και ψυχης πνευμα το λειφθεν ετι.
Ναι γαρ δη ΜΑ σα, κουρε, τα και κωφοισι λαλευντα
Ομματα, ναι μα το σον φαιδρον επισκυνιον,
Ην μοι συννεφες ΟΜΜΑ ΒΑΛῌΣ ποτε, χειμα δεδορκα·
Ην δ' ἱλαρον βλεψῃς, ἡδυ τεθηλεν εαρ.

quod anſam dediſſe videtur ſequentis epigrammatis feſtivitati et elegantiæ:

Me lætis Leonilla oculis, me Lydia torvis
Aſpicit: hæc noctem nunciat, illa diem.
Has Cytherea meo ſtellas præfecit amori:
Hæc meus eſt Veſper; Lucifer illa meus.

Sic et *Rhianus* Epig. 4. habet ΟΜΜΑ ΡΙΨῌΣ. Neque à re ſcriptor nobiliſſimus *Longinus* de Subl. Sect. 35. qui tamèn, levis mendæ vitio, ne *Græcè* quidèm antehàc locutus eſt:

Διοπερ τῃ θεωριᾳ και ΔΙΑΝΟΙΑΣ της ανθρωπινης ΕΠΙΒΟΛῌ ουδ' ὁ συμπας κοσμος αρκει, αλλα και τους του περιεχοντος πολλακις ὁρους εκβαινουσιν ἁι επινοιαι· και ει τις περιβλεψαιτο εν κυκλῳ τον βιον, ΩΣ πλεον εχει το περιττον εν πασι και μεγα και καλον, ταχεως εισεται προς ἁ γεγοναμεν: — i. e. ut *Anglicè* loqueremur: "*If a Man obſerve in caſting his Eye round on Life*, HOW *the exceſſive, and vaſt, and beautiful* PREDOMINATE *throughout*"——

Jam verò lector judicet an non corrigendus ſit *Euripides:*

Αλλ' εν στροφαισιν ομματων εφθαρμενος,
Ριζας τ' εν οσσοις ἁιματωπους ΕΚΒΑΛΩΝ — Herc. fur. 932.

An non ΡΙΠΑΣ ΕΚΒΑΛΩΝ? vide tamèn *Muſgravium*; qui malè dubitat de εν οσσοις· hoc enim idem eſt atque δι' οσσων: ut εν τουτῳ — D. Joh. xiii. 35. et τοις ενι: Call. H. Di. 207. — i. e. δια τουτου — δι' ὡν.

Hùc refer οφθαλμωντε βολαι: Hom. Od. Δ. 150. Et peccabant noſtri interpretes ad 1 Cor. xv. 52. cum redderent — εν ῥιπῃ οφθαλμου — *in the* TWINKLING *of an Eye:* debuerant utique — *in a* GLANCE *of an Eye:* — i. e. AS QUICK AS SIGHT: quod *Xenophon* expreſſit per ὁσον σκαρδαμυττω χρονον: K. Π. i. id non idem eſt cum *Apoſtoli* locutione.

u Victus

Victus abit, longéque ignotis exulat oris;
Multa gemens ignominiam, plagáſque ſuperbi

Elegantèr quidem *Sophocles:*

——————— ες' αν

Λευσσω παμφεγγεις αςρων
ΡΙΠΑΣ. Elect. 104. Vide etiàm Hom. Hym. Ap. 444. 447.

Et mihi ignoſcat ſacri codicis amator, ſi ad partes vocem ſublimis *Eſaiæ* locum, et intereà, *ingenti* litterarum ſacrarum *percuſſus amore*, notam hanc adhùc longiùs produxero:

מיך נפלת משמים, הילל בן שחר:
נגדעת למרצ, הולש על גוים: Iſ. xiv. 12.

How art thou fallen from Heaven, O Lucifer, Son of the Morning!
Art cut down to the Earth, thou that DIDST SUBDUE *the Nations!*
Lowth.

Non nimis faſtidioſi ſunt, quibus iſta poſſunt placere. Concinnitatem enim ſententiarum, quæ poëtas *Hebraicos* præcipuè inſignit, quis non deſiderat? *Similitudo* quidèm, ut apertè loquar, recto talo non procedit. Quâ enim proprietate de *ſtellà matutinâ* prædiceri poteſt, illam SUBIGERE *nationes?*—Nos ſanè, quibus *Hebræi textûs*, præſertim in *Prophetis* et *Hagiographiâ*, penè infinitas corruptiones, veterum verſiones tractantibus, notare contigit; minimè dubitamus errorem ſublatere, ab inverſo literarum ordine, ut ſolet, profluentem: quod minùs illi mirabuntur, qui *L. Capelli* de his rebus librum evolverunt. Pro voce חולש, quæ nihili eſt, ſubſtituimus שלח vel שולח—*mittens*—*quæ mittebas:* aut etiàm שליח—*mittebaris.* Τȣς ο emendationis noſtræ fautores tibi exhibemus: qui habent: ο αποςελλων εις παντα τα εθνη. Hi igitùr in exemplaribus ſuis legiſſe videntur:

השלח על כל גוים:

Ad hunc demùm modum totam clauſulam libentiſſimè refingeremus, et harum rerum æquos æſtimatores fortitèr appellamus: cæteros enim, in *Hebræis* literis planè hoſpites, nihil moramur, nec nucis vitioſæ facimus.

—השלח מורך על כל גוים:

Quomodò de cœlis cecidiſti, Lucifer, Auroræ fili!
Irruiſti terræ, qui LUCEM MITTEBAS *per omnes gentes.*

Nihil elegantius, aut quod *Hebraicæ* poëſis concinnitatem pleniùs ſapiat: nihil denique *prophetâ* maximè ſublimi dignius.

Victoris, tum quos amiſit inultus amores;
Et ſtabula aſpectans regnis exceſſit avitis.

Eâdem *metaphorâ* ſæpiùs *Homerus* utitur: v. Od. E. 479. T. 433. et omnes alii. Hinc dudùm verè à me emendatum eſt fragmentum *Phaetontis Euripidei:*

Ην εκ τεθριππων ἁρματων πρωτην χθονα
Ηλιος ανισχων χρυσεα ΒΟΛΗι ΦΛΕΓΕΙ: ut Oreſt. 1265.

Sic *Lucretius: Luna* JACTAT *lucem.*
Hinc etiàm corrige *Virgilii* noſtri *culicem:*

Igneus æthereas jam Sol penetrârat in arces,
Candidaque aurato JACIEBAT *lumina curru:* v. 41.

Alter etiàm, dum hoc agimus, animadvertendus eſt V. T. locus, cujus elegantiam minimè aſſecuti ſunt et interpretes et critici. Verbum ſcilicet מחץ Num. xxiv. 17. per eandem *figuram* cui illuſtrandæ nunc immoramur, ad כוכב reſpicit: et ità verſus noſtrâ linguâ benè exhiberi poteſt.

A STAR *proceedeth from Jacob,*
And a Sceptre will riſe out of Iſrael:
It will DART THROUGH *the Extremities of Moab,*
And extend it's Dominion over all the Poſterity of Seth.

Verum habes in hoc loco poëtarum *Hebraicorum parallelismum: primus* enim et *tertius* verſus, *ſecundus* et *quartus*, ordine pulcherrimo, ad ſe invicèm referuntur.—Nec orationis audaciâ minùs felici ſe geſſit poëtarum maximus *Lucretius:*

Non radii ſolis neque LUCIDA TELA DIEI. i. 148.

Simili figurâ elegantèr uſus eſt *Eſaias* xlix. 10. et Pſal. cxxi. 6. in quâ mihi videtur verſari *Euripides* Phæn. 1575. et fateor quidèm audaciùs: ſed alitèr volunt interpretes:

——ΣΚΟΤΟΝ ομμασιν σοισι ΒΑΛΩΝ.

Nec æquo *Jove* damnant critici nobiliſſimum *Miltoni* locum:

——————*Now went forth the Morn,*
Such as in higheſt Heav'n, array'd in Gold
Empyreal: from before her vaniſh'd Night,
SHOT THROUGH WITH ORIENT BEAMS. P. L. vi. 12.

Sed nemo ſuperavit elegantiam *Philodemi:*

————————φαινε Σεληνη,
Φαινε, δι' ευτρητων ΒΑΛΛΟΜΕΝΗ θυριδων.

Ergò omni curâ vires exercet, et inter
Dura jacet pernox inſtrato ſaxa cubili;
Frondibus hirſutis et carice paſtus acutâ:
Et tentat ſeſe, atque iraſci in cornua diſcit
Arboris obnixus trunco; ventóſque laceſſit
Ictibus, et ſparsâ ad pugnam proludit arenâ.
Poſt, ubi collectum robur, viréſque receptæ,
Signa movet, præcepſque oblitum fertur in hoſtem:
Fluctus ut in medio cœpit cùm albeſcere ponto,
Longiùs ex altóque ſinum trahit: útque volutus

βαλλομενη—TE JACULANS. Undè ſic videtur legendus *Euripides:*

> Κυκλος δε πανσεληνος HKONTIZETO
> Μηνος διχηρης: Ion. 1174.

Hùc refer—FERVIDOS ICTUS—*Horatii.* Od. ii. xv. 10. et hinc corrige *Propertium:*

> *Tandèm acies geminos Nereus lunârat in arcus,*
> *Armorum et* RADIIS ICTA *tremebat aqua:* iv. 6. 25.

Sic *luminis* ICTU—dixit *Lucretius:* et VERBERIBUS et ICTUM *radiorum.*

V. 230. Hujuſce verſûs conſtructio longè duriſſima eſt, nec pro more *Virgilii.* Meliùs ille, cui tanta debet noſter, et quem jam nunc ob oculos habuit, ſummus *Lucretius:*

> *Atque intempeſtâ cedebant nocte paventes*
> *Hoſpitibus ſævis* INSTRATA CUBILIA FRONDE: v. 985.

V. 237. In quodam codice legitur—*Fluctus* UTI—meritò probante *Pierio.*—Sed in hâc comparatione omnia ſunt ſcabra atque inter ſe confuſa, partim propter pravam loci diſtinctionem, partimque propter leviſſimam, quæ irrepſit, ut mihi videtur, mendam. Ad hunc modum cum bonâ lectoris veniâ ſublimes hoſce verſus vellem ordinare:

> *Fluctus uti, in medio cæpit cùm albeſcere ponto*
> *Longiùs ex altoque ſinum trahit,* USQUE *volutus*
> *Ad terras immane ſonat per ſaxa, nec ipſo*
> *Monte minor procumbit; at ima exæſtuat unda*
> *Vorticibus, nigramque altè ſubjectat arenam.*

Locus eſt uno ſpiritu perlegendus:—i. e. "Taurus ſe gerit, uti fluctus (cum cæpit longiùs albeſcere in medio ponto, et

Ad terras, immanè ſonat per ſaxa, nec ipſo
Monte minor procumbit; at ima exæſtuat unda
Vorticibus, nigrámque altè ſubjectat arenam.
Omne adeò genus in terris hominúmque ferarumque,
Et genus æquoreum pecudes, pictæque volucres,
In furias ignémque ruunt: amor omnibus idem.

trahit ſinum ex alto) USQUE ad terras SE VOLVENS ſonat immane per ſaxa, &c."—Quæ nec coacta ſunt, et admodùm perſpicua, ſuoque ordine ſine ſalebris procedunt.

V. 240. Monte minor. Neque alitèr *Archias* Epig. 30. in Anth. *Brunck*; quod ſi paulò emendatius proferam, ignoſcant mihi viri doctiſſimi, qui eandem materiam tractaverunt:

Ουκ ετι παφλαζοντα διαΐσσων βυθον ἁλμης,
Δελφις, πτοιησεις ειναλιων αγελας·
Ουδε πρ☉ ευτρητοιο μελ☉ καλαμοιο χορευων
Υγρον αναρρίψεις ἁλμα παρα σκαφισιν.
Η γαρ, ισον πρηωνι Μαλειης ὡς εκυκηθη
Κυμα, ΠΟΛΥΨΑΙΣΤΟΥΣ σ᾽ ωσεν επι ψαμαθυς.
Ουδε συ γ᾽, Αφρηστα, Νηρηΐδας, ὡς πριν, αειρων
Νωτοις, πορθμευσεις Τηθυ☉ εις περατα.

Malè *Brunckius*—Και γαρ ισον: v. enim ejuſdem *Archiæ* Ep. 33.

V. 243. Hunc locum graviſſimo errore impegit interpretum ſocordia: per *genus æquoreum* explicat poëta *pecudes:* ſic *amore* inflammantur omnia *terreſtria* animalia—*homines feræque*; omnia *marina*—*genus æquoreum pecudes*; et omnia *aëria*—*pictæque volucres.*

Appoſitè ad hunc locum *Lucretius:*

Præterea, GENUS HUMANUM, *mutæque natantes*
SQUAMMIGERUM PECUDES, *et læta* ARMENTA FERÆQUE,
Et variæ VOLUCRES: ii. 342.

vide etiàm ibid. 994. 1081. et i. 14. quæ et probant vocem *feras* benè ſtare poſſe pro *omnibus terreſtribus* animalibus. Sed magis adhùc ad rem ipſe noſter Geo. iv. 221.

——————*Deum namque ire per omnes*
Terraſque, tractuſque maris, cælumque profundum:
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum.

refer enim *pecudes* ad *tractus maris*—*armenta, viros,* et *genus omne ferarum* ad *terras.*

Tem-

Tempore non alio catulorum oblita leæna
Sævior erravit campis: nec funera vulgo

Nec ſine fructu ad partes vocabitur *Sophocles:* qui in eâdem materie verſatur:

Ερως ανικατε μαχαν·
Ερως, ὃς εν ΚΤΗΜΑΣΙ πιπτεις·
Ος εν μαλακαις παρειαις
Νεανιδος εννυχευεις·
Φοιτας δ' ὑπερποντιος, εν
Τ' αγρονομοις αυλαις·
Και σ' ουτ' αθανατων
Φευξιμος ουδεις·
Ουθ' ἁμεριων επ' αν-
-θρωπων. Ο δ' εχων, μεμηνεν. Antig. 792.

cruciavit criticos inficetum illud ὃς εν κτημασι πιπτεις· infeliciſſimè conjicit magnus *Grotius*, feliciùs *Heathius*; at neuter, opinor, verè, atque ut à poëtâ venit. Corrige:

ὃς εν ΚΤΗΝΕΣΙ πιπτεις ——

quam ſententiam per *ſtrophen* plenè exſequitur, et poſt eum, ut vidimus, *Lucretius* et *Maro*. *Sophoclem* expreſſit *Horatius:*

——————— *Chiæ*
Pulchris excubat in genis:

qui et *Pindarum* fortaſsè reſpexit:

Ατε παρθενιοισι και παιδων εφιζοι-
-σα βλεφαροις. Nem. viii. 3.

Nota inſupèr *Sophoclis* invenuſtam diæreſin — ἁμεριων επ' — pro εφαμεριων.

Agmen claudat ſcriptorum, noſtrâm *Virgilii* interpretationem confirmantium, *Plautus* Rud. iv. 3. 5.

Non vides referre me uvidum rete, ſine SQUAMOSO PECU?

V. 245. leæna. Quæ vel ſempèr ſæviſſima ——

Και τοι τοκαδος δεργμα λεαινης
Αποταυρουται δμωσιν. Eur. Med. 187. vide etiam Hec. 1157. et Theoc. xxvi. 21.

quanto autèm ſævior, ſi *acrior illam*, quàm catulorum, *cura domat?* — Jam verò *Callimachi* memor, aliam loci cujuſdam

Tam multa informes urſi ſtragémque dedêre
Per ſylvas: tum ſævus aper, tum peſſima tigris:
Heu! malè tum Libyæ ſolis erratur in agris.
Nonne vides ut tota tremor pertentet equorum
Corpora, ſi tantùm notas odor attulit auras!
Ac neque eos jam fræna virûm, neque verbera ſæva,
Non ſcopuli, rupéſque cavæ, atque objecta retardant
Flumina, correptos undâ torquentia montes.
Ipſe ruit, dentéſque Sabellicus exacuit ſus,
Et pede proſubigit terram, fricat arbore coſtas

apud eum interpretationem lectori libet proponere, atque etiàm locum ipſum emendare.

> Ταν δ' αρ' ὑποβλεψας ΧΑΡΟΠΩΤΕΡΟΝ ηε κυναγον
> Ωρεσιν εν Τμαριοισιν ὑποβλεπει ανδρα λεαινα
> Ωμοτοκος, τας φαντι πελειν βλοσυρωτατον ομμα: H. Cer. 51.

λεαινα ωμοτοκος — *leæna* CRUDIPARA: at otioſum hoc, et ſine viribus: mallem *leæna*, QUÆ NUPER PEPERIT. — i. e. *catulorum memor*. Et vox ωμος in ſe notionem *novitatis* complecti videtur; ut etiàm *Latinorum* — *crudus*: v. Il. P. 133. Theoc. xi. 21. Sic ωμογερων *Homeri*; et *cruda ſenectus*. *Maronis*: atque alia id genus.

V. 247. Ità longè meliùs hic locus diſtingueretur:

> ———————— *nec funera vulgò*
> *Tum multa informes urſi ſtragemque dedere.*
> *Per ſilvas tum ſævus aper, tum peſſima tigris.*

Mihi videtur poëta tranſire à *campis*, quos frequentat *vulgus*, ad *loca ſilveſtria*, ubi ſolæ feræ habitant.

Aper autèm *per ſilvas* ut חזיר מיער — *aper de ſilvâ* — Pſalm lxxx. 14. συς εκ δρυμου — LXX. μονιον δακος — Call. H. Dian. 84. κατα μονας νεμομενον: Schol. — Hùc refer *Horatium*:

> *Delphinem* SILVIS *appingit, fluctibus* APRUM.

V. 252. Ac neque eos. Meliùs, ni fallor: AT *neque eos* —.

V. 255. Ipſe ruit. Undè, et quò? ad *acuendos dentes* fortaſsè dixeris: at hoc nive frigidius. Imò corrigo certo certius ——

> *Ipſe* FURIT, *denteſque Sabellicus exacuit ſus.*

ſic 244. *In* FURIAS *ignemque ruunt*: v. 266. FUROR *equarum*.

Atque

Atque hinc atque illinc, humeroſque ad vulnera durat.
Quid juvenis, magnum cui verſat in oſſibus ignem
Durus amor? nempè abruptis turbata procellis
Nocte natat cæcâ ſerus freta: quem ſuper ingens

V. 256. Lectio mei exemplaris eſt—*Et* PEDIBUS SUBIGIT: quam mallem, et ſecutus videtur *Servius.*

V. 257. "In *Romano*, in *Mediceo*, et aliquot aliis antiquis legere eſt: *humeroſque.*" *Pierius.* Ad quam normam ipſe conſtitui locum.

——————fricat arbore coſtas
Atque hinc atque illinc, humeroſque ad vulnera durat.

et hoc modo verſus evadunt multa ſuaviores.

V. 260. Ordo harum dictionum, teſte *Pierio*, varius admodùm in antiquis exemplaribus invenitur. Hunc potiſſimùm probo:

Cæcâ nocte natat ſerus freta.

Cæterùm de *vi amoris* longè nitidiſſimum extat epigramma *Aſclepiadis* p. 215. vol. 1. Anthol. clariſſimi *Brunck*, quod non pigebit lectori ſiſtere:

Υετος ην και νυξ, και το τριτον αλγος ερωτι,
Οινος, και Βορεης ψυχρος, εγω δε μονος.
Αλλ᾽ ὁ καλος μοσχος πλεον ισχυε, και συ γαρ ουτως
Ηλυθες, ουδε θυρην προς μιαν ἡσυχασας.
Τῃ δε τοσουτ᾽ εβοησα βεβρεγμενος· αχρι τινος, Ζευ;
Ζευ φιλε, σιγησον, κᾀυτος εραν εμαθες.

At, mî lector, omnia hic ſunt turbata et corrupta, ut nihil ſuprà: nec miror equidem optimo editori videri quædam deeſſe. Nos ſuaviſſimum poëmation ità ſuo nitori reſtituimus:

Υετος ην, και νυξ, και (το τριτον αλγος ερωτι
ΑΙΝΟΝ) ΑΗ βορεης ψυχρος· εγω δε μονος.
Αλλ᾽ ὁ καλος Μοσχος πλεον ισχυε· και συ γαρ ουτως
Ηλυθες, ουδε θυρην προς μιαν ἡσυχασας.
Τῃ δ᾽ ΟΣΑΧΟΝ Σ᾽ εβοησα ΔΕΔΕΓΜΕΝΟΣ· "Αχρι τινος, Ζευ;
Ζευ φιλε, σιγησον· κᾀυτος εραν εμαθες."

Scriptum eſt de quodam amatore amatorem ſuum expectante, qui veniebat per *imbres*, *tenebras*, et *Boream.* Et reliqua ſunt per ſe ſatis plana: et potes interpretari vel de *puero* veniente, vel *puellâ*; ſed hoc mallem. Et nihil refert an *Moſchus* ſit nomen proprium, an *ſubſtantivum*; ſenſum enim tum habebit,

Porta tonat cœli, et ſcopulis illiſa reclamant
Æquora: nec miſeri poſſunt revocare parentes,
Nec moritura ſuper crudeli funere virgo.
Quid lynces Bacchi variæ, et genus acre luporum,
Atque canum? Quid, quæ imbelles dant prælia cervi?
Scilicèt ante omnes furor eſt inſignis equarum: 266

tranſlatum quidèm, ſed notiſſimum et maximè uſitatum. In vocibus θυραν ϖρος μιαν ἡσυχασας — videtur tangere decantatam mulierum ϖεριεργιαν· de quâ *Apoſtolus:*

Αμα δε και αργαι μανθανουσι ϖεριερχομεναι τας οικιας· ου μονον δε αργαι, αλλα και φλυαροι, και ϖεριεργοι, λαλουσαι τα μη δεοντα: 1 Tim. v. 13.

Equidem verò in orationem magis ſalebroſam nunquàm mihi contigit incidere: quocunque verteris, nihil agis, extricas nihil: vox importuna μανθανουσι — *comes atra premit ſequiturque fugacem.* *D. Heinſius*, vir acutiſſimus et de his literis optimè meritus, ità locum eſſe reſtituendum cenſuit: Αμα δε και αργαι μανθανουσι, ϖεριερχομεναι τας οικιας (ου μονον —— ϖεριεργοι) ΛΑΛΗΣΑΙ τα μη δεοντα. Ingenioſè quidèm ſatis, et pro more *Apoſtoli*, rem adminiſtravit criticus: agnoſcimus enim *Pauli* animum verè ενθουσιαστικον et εννοιαις γενναιαις εγκυμονα, in *hyperbatis*, ut par eſt, ebullientem. Hæreo tamèn, cum vetuſtæ verſiones το λαλουσαι uno ore proferant; quarum conſenſus vel maximi, meò judicio, ſempèr eſt habendus.

Cum hâc viâ res non ſucceſſerit, aliâ voluit aggredi vir jure celeberrimus noſter *Toupius*, qui in *emendationibus*, mirâ eruditione refertis, ad *Suidam* reponendum conjicit λανθανουσι· et certè hâc conjecturâ vel ipſæ *Athenæ* nihil noverunt elegantius. Nullâ tamèn de causâ, ſi quid denique ſalutis nobis reſtat, antiquis verſionibus valedicendum judico, quæ το μανθανουσι conſtantèr retinent.

Jam verò, ne nos ασυμβολοι diſcedamus, et, nihil ipſi afferentes, ab aliis collata arrogantèr rejeciſſe videamur; noſtram quoquè liceat conjecturam proponere, quæ fortaſsè non nullius punctum merebitur. Legendum igitùr arbitramur ΑΡΓΙΑΝ, vel ΑΡΓΕΙΝ μανθανουσι. Hoc habet expreſsè *Syrus: pigritiam:* et ità *Copta:* εεξαργος — *pigritiam agere*, vel *eſſe pigræ*; *Copta*, inquam, poſt *Syrum*, τον αμυμονα Πηλειωνα, (quem ſempèr excipi par eſt) omnium interpretum fideliſſimus.

Hinc porrò corrigendus eſt — ſed me reprimo: vereor enim ne faſtidium moveam, ſi hæc longiùs traxero: ϖολλα γαρ μοι ὑπ᾽ αγκωνος βελη.

V. 265. Diſtingue:

Et

Et mentem Venus ipſa dedit, quo tempore Glauci
Potniades malis membra abſumsêre quadrigæ.
Illas ducit amor trans Gargara, tranſque ſonantem
Aſcanium; ſuperant montes, et flumina tranant.
Continuóque avidis ubi ſubdita flamma medullis,
Vere magis (quia vere calor redit oſſibus) illæ
Ore omnes verſæ in Zephyrum, ſtant rupibus altis,
Exceptántque leves auras: et ſæpè ſine ullis
Conjugiis vento gravidæ (mirabile dictu)
Saxa per, et ſcopulos, et depreſſas convalles
Diffugiunt: non, Eure, tuos, neque ſolis ad ortus,
In Boream, Caurúmque, aut unde nigerrimus Auſter
Naſcitur, et pluvio contriſtat frigore cœlum.
Hinc demùm Hippomanes, vero quod nomine dicunt
Paſtores, lentum diſtillat ab inguine virus:
Hippomanes, quòd ſæpe malæ legêre novercæ,
Miſcuerúntque herbas, et non innoxia verba.
Sed fugit intereà, fugit irreparabile tempus,
Singula dùm capti circumvectamur amore.
  Hoc ſatìs armentis: ſuperat pars altera curæ,
Lanigeros agitare greges, hirtáſque capellas:
Hic labor; hinc laudem fortes ſperate coloni.

——— *quid, quæ imbelles dant prælia cervi*
Scilicèt? — *Antè omnes* ——

" *quæ prælia ſcilicèt* VEL *imbelles cervi:*" v. nos ii. 534.

V. 267. mentem. *Furorem:* ut Hor. Od. i. xvi. 22. conjecturæ igitùr, quæ in animum venerat, jam nunc pœnitet; pro *Et mentem* ſcilicèt — *dèmentes:* Ut *Terentius* dixit: *Mitem et placidum* DABO.

V. 278. Hæc vulgò capiunt, quaſi eſſet continuanda negatio: NEQUE *in Borean Caurumque:* at contrarium voluit poëta. Sic *Ælianus:* Εξηνεμωσθαι δε ἱππους πολλακις ἱπποφορβοι τεκμηριουσι, και κατα τον Νοτον η τον βορραν φευγειν· ειδοτα ουν τον αυτον Ποιητην ειπειν·

Ταων και Βορεης ηρασσατο βοσκομεναων: Il. Υ. 223.

Και Αριστοτελης δε, ως εμε νοειν, λαβων εντευθεν, ευθυ των προειρημενων ανεμων εισρυηθεισας αποδιδρασκειν εφατο αυτας.

Nec

Nec ſum animi dubius, verbis ea vincere magnum
Quàm ſit, et anguſtis hunc addere rebus honorem.
Sed me Parnaſſi deſerta per ardua dulcis
Raptat amor: juvat ire jugis, quà nulla priorum
Caſtaliam molli divertitur orbita clivo.
Nunc, veneranda Pales, magno nunc ore ſonandum.
  Incipiens, ſtabulis edico in mollibus herbam
Carpere oves, dum mox frondoſa reducitur æſtas:
Et multâ duram ſtipulâ filicúmque maniplis
Sternere ſubter humum; glacies ne frigida lædat
Molle pecus, ſcabiemque ferat, turpéſque podagras.
Poſt, hinc digreſſus, jubeo frondentia capris
Arbuta ſufficere, et fluvios præbere recentes;
Et ſtabula à ventis hyberno opponere ſoli
Ad medium converſa diem; cum frigidus olim
Jam cadit; extremóque irrorat Aquarius anno.
  Hæ quoquè non curá nobis leviore tuendæ,
Nec minor uſus erit; quamvis Mileſia magno
Vellera mutentur, Tyrios incocta rubores.
Denſior hinc ſoboles, hinc largi copia lactis.

V. 287. "Agitare; aut *curare*, aut *paſcere*." *Servius*, et alii. Imò nec hoc nec illud. *Agitare* hic eſt—*rem tractare*—*de illis dicere:* ſic *rem agitare*—dixit *Cicero:* v. et Lucret. i. 42. vi. 906.

V. 290. hunc honorem. QUEM verò, ſodes, *honorem?* De nullo enim adhùc locutus eſt. Tu lege, nec de emendatione dubita:

Nec ſum animi dubius, VERBIS *ea vincere magnum*
Quàm ſit, et anguſtis HINC *addere rebus honorem.*

hinc:—i. e. *per verba.*

V. 292. juvat ire. Locutio poëtarum maximè ſolennis: et hinc ſanitati ſuæ reſtituo morboſum antè omnes luxatumque *Culicis Virgiliani* (ſi modò *Virgiliani*) locum:

Mollia ſed tenui DECURRERE *carmina verſu,*
Viribus apta, JUVAT: *Phœbo duce ludere* GAUDES
Et tu, ſancte puer!—*Venerabilis, et tibi* CERTA
Gloria, perpetuum LUCET *manſura per ævum:* v. 34.

Quàm

Quàm magìs exhauſto ſpumaverit ubere mulctra;
Læta magìs preſſis manabunt flumina mammis.
Nec minùs intereà barbas incanáque menta
Cinyphii tondent hirci ſetáſque comantes,
Uſum in caſtrorum et miſeris velamina nautis.
Paſcuntur verò ſylvas, et ſumma Lycæi,
Horrentéſque rubos, et amantes ardua dumos.
Atque ipſæ memores redeunt in tecta, ſuóſque
Ducunt, et gravido ſuperant vix ubere limen.
Ergò omni ſtudio glaciem ventóſque nivales,
Quò minùs eſt illis curæ mortalis egeſtas,
Avertes; victúmque feres, et virgea lætus
Pabula: nec totâ claudes fœnilia brumâ.
  At verò, Zephyris cùm læta vocantibus æſtas,

V. 312. "*Tondent* paſtores, ut ſit genitivus ſingularis *Cyniphii hirci.*" *Philargyrius.* Veriſſimè.

V. 314. paſcuntur ſilvas: — i. e. "paſcuntur *per* ſilvas:" et ità *Callimachus:*

——————— εα προκας ηδε λαγωους
ΟΥΡΕΑ ΒΟΣΚΕΣΘΑΙ. H. Dian. 155.

Et *Theocritus:*

Ου πασαι ΒΟΣΚΟΝΤΑΙ ιαν βοσιν, ουθ' ἑνα ΧΩΡΟΝ: XXV. 8.

undè fortaſsè defendi poterit *Callimachus*, ibid. v. 193.

——————— ὁ δ' εννεα μηνας εφοιτα
Παιπαλα τε κρημνους τε.

niſi quis malit — Παιπαλ' ανα, κρημνους τε: cujus non eſt opus, ut ipſe monſtrat infrà v. 234.

——————— κουρας
Ουρεα πλαζομενας αξεινια.

Hinc valedicimus ſomniis *Servii* et *Philargyrii*: *paſcuntur* pro *depaſcuntur.*

V. 316. ipſæ. *Spontè*; vel etiàm *per ſe — ſolæ — ſine duce:* undè fortaſsè *Theocritus* ad i. 127. citatus feliciùs corrigatur:

ΑΥΤΟΣ επ' αἴολος. ———

V. 322. Locus ſanè ſalebroſus, nec ſatis pro more *Virgiliano* planus faciliſque.

In ſaltus utrumque gregem atque in paſcua mittes:
Luciferi primo cum ſidere, frigida rura
Carpamus: dum manè novum, dum gramina canent,
Et ros in tenerâ pecori gratiſſimus herba eſt.
Inde, ubi quarta ſitim cœli collegerit hora,
Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ;
Ad puteos, aut alta greges ad ſtagna jubeto
Currentem ilignis potare canalibus undam;

> *At vero, Zephyris cum læta vocantibus æſtas,*
> *In ſaltus utrumque gregem atque in paſcua mittes.*

"Subaudi, *advenerit*:" *Servius.* Actum eſt, inquam, de accuratâ oratione, ſi ità ſcribere concedatur. Meliùs quidèm ſubaudi, *fuerit*—verbum ſubſtantivum. At ne hoc quidèm, ſi benè auguramur, ſatis commendabitur hominibus elegantioribus et judicium habentibus. Quid ſi ſic corrigamus?

> *At*, VENIT *Zephyris cum læta vocantibus æſtas,*
> *In ſaltus* ——

vel potiùs, ſi uno ſpiritu perlegatur locus, atque ità leviori correctione reſtituatur: et hoc quidèm verius:

> *At verò, Zephyris cum læta vocantibus æſtas*
> *In ſaltus utrumque gregem atque in paſcua* MITTET,
> *Luciferi primo cum ſidere frigida rura*
> *Carpamus.* ——

Similitèr locutus eſt *Livius* iii. 69. *Inſequens* DIES *hoſtem in conſpectum* DEDIT. Et alii.

V. 329. Error manifeſtiſſimus in hunc verſum irrepſit; dat enim præceptum in propriâ perſonâ *Virgilius.* Lege:

> *Ad puteos aut alta greges ad ſtagna* JUBEBO
> *Currentem ilignis potare canalibus undam:*

ſic ſuprà 295.

> *Incipiens ſtabulis* EDICO ——

et v. 300.

> *Poſt, hinc digreſſus,* JUBEO. ——

v. Æn. xii. 189. Hor. Ep. i. xvii. 8. Art. Poet. 317. De emendatione non eſt dubitandum; in textum verò admittere non auſim: hoc autèm poſt me editoribus curatum vellem.

Æſtibus

Æſtibus at mediis umbroſam exquirere vallem;
Sicubi magna Jovis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos, aut ſicubi nigrum
Ilicibus crebris ſacrâ nemus accubet umbrâ.
Tum tenues dare rursùs aquas, et paſcere rursùs
Solis ad occaſum; cùm frigidus aëra Veſper
Temperat, et ſaltus reficit jam roſcida luna,
Litoraque halcyonem reſonant et acanthida dumi.
Quid tibi paſtores Libyæ, quid paſcua, verſu
Proſequar; et raris habitata mapalia tectis?
Sæpè diem noctémque et totum ex ordine menſem
Paſcitur ítque pecus longa in deſerta ſine ullis
Hoſpitiis; tantum campi jacet. Omnia ſecum
Armentarius Afer agit; tectúmque, laremque, [tram.
Armáque, Amyclæúmque canem, Creſsámque phare-
Non ſecùs ac patriis acer Romanus in armis
Injuſto ſub faſce viam cùm carpit, et hoſti
Ante expectatum poſitis ſtat in agmine caſtris.
At non, quà Scythiæ gentes, Mæoticáque unda,
Turbidus et torquens flaventes Iſter arenas;
Quaque redit medium Rhodope porrecta ſub axem.
Illic clauſa tenent ſtabulis armenta: neque ullæ
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes;
Sed jacet aggeribus niveis informis et alto
Terra gelu latè, ſeptémque aſſurgit in ulnas:
Semper hyems, ſemper ſpirantes frigori Cauri.
Tum ſol pallentes haùd unquàm diſcutit umbras:
Nec cùm invectus equis altum petit æthera; nec cùm

V. 334. Mihi benè perſuaſum eſt ſenſum vocis *accubet* huic loco minimè convenire; et legendum eſſe:

——————*ſacrâ nemus* OCCUBET *umbrâ.*

fautorem emendationis habemus ipſum *Maronem:*

———*crudelibus* OCCUBAT UMBRIS: Æn. i. 551.

V. 351. porrecta:—i. e. *ſe porrigens: mediæ vocis* participium.
Præ-

Præcipitem Oceani rubro lavit æquore currum.
Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ;
Undáque jam tergo ferratos ſuſtinet orbes,
Puppibus illa priùs patulis, nunc hoſpita plauſtris:
Æráque diſſiliunt vulgò; veſtéſque rigeſcunt
Indutæ; cædúntque ſecuribus humida vina;
Et totæ ſolidam in glaciem vertêre lacunæ,
Stiriáque impexis induruit horrida barbis.
Intereà toto non ſeciùs aëre ningit:
Intereunt pecudes; ſtant circumfuſa pruinis

V. 362. *illa* vice *Græci articuli* fungitur, propter linguæ egeſtatem.

V. 363. Æraque diſſiliunt vulgò. Hinc certiſſimà emendatione magiſtrum *Virgilianum* dono:

> *Diſſiliuntque* FERE FERVENTI *ſaxa vapore:* i. 492.

ferventi autèm debeo *Lucretio Bentleiano* penes me.

Non autèm, quà ſolet, elegantià atque proprietate conſtructionis noſter: *veſtes rigeſcunt*, *et cædunt* homines. Ità ſcribendo poterat evitare:

> ——————————— *veſteſque rigeſcunt*
> INDUTIS *cæduntque ſecuribus humida vina.*

V. 368. ſtant circumfuſa pruinis. Nec accuratè ſcribitur, nec rectè legitur hic locus, ſi quid valet quæ eſt in me mediocritas judicii. Eſt quidèm Æn. ii. 63.

> *Undique viſendi ſtudio Trojana juventus*
> CIRCUMFUSA *ruit.*

et ibid. 383. magis ad rem:

> ———— *denſis et* CIRCUMFUNDIMUR *armis:*

adeò ut ineptus meritò audirem, ſi negaverim benè dici poſſe—*circumfuſa pruinis*. Sed ſurgere debet, non demitti oratio:

> INTEREUNT *pecudes: ſtant* CIRCUMFUSA PRUINIS
> *Corpora magna boum.*

quod quidèm *bobus* in *Angliâ*, vel etiàm *Italiâ* olim, opinor, accidit, hyeme intereà non tantoperè ſævienti. Nunc autèm, antequàm progrediamur, emendandus eſt ἐν παρόδῳ *Longus* Paſt.

Cor-

Corpora magna boum; confertóque agmine cervi
Torpent mole novâ, et ſummis vix cornibus extant.
Hos non immiſſis canibus, non caſſibus ullis, 371
Puniceæve agitant pavidos formidine pennæ:

p. 86. Και περιθεις εφιλησεν, οιον εν τη τερψει Λυκαινιον: lege—και ΠΕΡΙΧΥΘΕΙΣ εφιλησεν.

Ad hunc verò modum mihi videtur res cum *Virgilio* conci-lianda

Intereunt pecudes: ſtant CIRCUM FUSA *pruinis*
Corpora magna boum.

ſtant circum: utpote periclitantes, ideòque in unum congregati: ità mox *conferto agmine.* Et *fuſa pruinis: ſtrata, humi dejecta, vi frigoris.* Enimverò clamabit aliquis: "Quidnam audio? *ſtant* boves *humi fuſa!*" At, mì homo, ſcias velim, et à me accipias, omnia verba tam *Græca* quàm *Latina*, quæ *poſitum* corporis ſignificant, ſimplicitèr valere verbum ſubſtantivum το *eſſe:* quod tibi mille exemplis probare poſſum, atque indè multos interpretum et criticorum errores refellere, ſi opus eſſet; ſed veritatem rei ſtatim agnoſcent doctiores, et nos non lentè feſtinamus:

Nam fugit intereà, fugit irreparabile tempus
Singula dum capti circum vectamur amore.

Sin autèm interpretatio jam in medium prolata cui fortè diſplicebit, ille quidèm ità commodè poterit agere cum loco:

————*ſtant circùm* TUSA *pruinis*
Corpora magna boum.

ità enim ipſe *Virgilius:*

Gens effræna virûm Riphæo TUNDITUR *Euro.*

et *Shakeſpearus* noſter, nulli veterum ſecundus, dixit: *The* PELTING *of the Storm.*

V. 371. Verſus hic πολυσιγματιζει, ideòque nimis ſibilat: ſcripſiſſe videtur *Virgilius:*

Hos non immiſſis canibus, non caſſibus ULLI,
Puniceæve agitant pavidos formidine pennæ.

Ità Ecl. v. 24.

Non ULLI *paſtos illis egere diebus*
Frigida, Daphni, boves ad flumina.

Sed

Sed fruſtrà oppoſitum trudentes pectore montem
Cominus obtruncant ferro, gravitérque rudentes
Cædunt, et magno læti clamore reportant.
Ipſi in defoſſis ſpecubus ſecura ſub altâ
Otia agunt terrâ; congeſtáque robora, totáſque
Advolvêre focis ulmos, igníque dedêre.
Hic noctem ludo ducunt, et pocula læti.
Fermento atque acidis imitantur vitea ſorbis.
Talis Hyperboreo ſeptem ſubjecta trioni
Gens effræna virûm Riphæo tunditur Euro:
Et pecudum fulvis velantur corpora ſetis.
Si tibi lanicium curæ; primùm aſpera ſylva,
Lappæque tribulique abſint; fuge pabula læta,
Continuóque greges villis lege mollibus albos.
Illum autèm, quamvis aries ſit candidus ipſe,
Nigra ſubeſt udo tantùm cui lingua palato,
Rejice, ne maculis infuſcet vellera pullis
Naſcentûm: plenóque alium circumſpice campo.
Munere ſic niveo lanæ, ſi credere dignum eſt,
Pans Deus Arcadiæ captam te, Luna, fefellit;

V. 373. Multò elegantiùs et magis more ſuo dediſſet noſter:

Sed fruſtrà OPPOSITO *trudentes pectore montem* ——

i. e. "trudentes montem pectore ſe fruſtrà opponente."

V. 376. His ſimilia habet *Longus* Paſt. p. 70. quæ cum duobus mendis, et iis quidèm graviſſimis, laborent, libet hic apponere, emendata:

Αναγκαιας ουν οικουριας επεχουσης ἁπαντας, ὁι μεν αλλοι γεωργοι και νομεις εχαιρον, πονων τε απηλλαγμενοι προς ολιγον, και τροφας ΕΩΘΥΙΑΣ *εσθιοντες, και καθευδοντες μακρον ὑπνον· ὡστε αυτοις τον χειμωνα δοκειν και θερους και μετοπωρου και ηρος ἀυτου γλυκυτερον· Χλοη δε και Δαφνις εν μνημη γενομενοι των καταλειφθεντων τερπνων* ————, *νυκτας τε αγρυπνους διηγον και λυπηρας, και την* ΕΙΑΡΙΝΗΝ *ὡραν ανεμενον εκ θανατου παλιγγενεσιαν.*

V. 379. pocula læti. Paullò ſuprà — LÆTI *clamore:* paullò infrà — *pabula* LÆTA: undè mallem in hoc loco:

Hic noctem ludo ducunt, et pocula LAUTI
Fermento atque acidis imitantur vitea ſorbis.

In

In nemora alta vocans: nec tu aſpernata vocantem.
At cui lactis amor, cytiſum lotóſque frequentes
Ipſe manu ſalsáſque ferat præſepibus herbas.
Hinc et amant fluvios magìs, et magìs ubera tendunt,
Et ſalis occultum referunt in lacte ſaporem.
  Multi jam excretos prohibent à matribus hœdos,
Primáque ferratis præfigunt ora capiſtris.
Quod ſurgente die mulsêre horíſque diurnis,
Nocte premunt; quod jam tenebris et ſole cadente,
Sub lucem exportans calathis adit oppida paſtor;
Aut parco ſale contingunt, hyemíque reponunt.
  Nec tibi cura canum fuerit poſtrema; ſed unà
Veloces Spartæ catulos, acrémque Moloſſum
Paſce ſero pingui: nunquàm, cuſtodibus illis,
Nocturnum ſtabulis furem, incurſuſque luporum,
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.
Sæpè etiàm curſu timidos agitabis onagros;
Et canibus leporem, canibus venabere damas.
Sæpè volutabris pulſos ſylveſtribus apros
Latratu turbabis agens; montéſque per altos
Ingentem clamore premes ad retia cervum.
  Diſce et odoratam ſtabulis accendere cedrum,
Galbaneóque agitare graves nidore chelydros.
Sæpè ſub immotis præſepibus, aut mala tactu

V. 413. ingentem. Lectio eſſet et melior, et aptior loco:

Ingenti *clamore premes ad retia cervum*

latratu turbabis — *ingenti clamore premes*. Sic ſuprà 375.

——— magno *læti* clamore *reportant*.
Cum clamore *ruit* magno: iv. 439.

V. 416. Non ſine magnâ loci utilitate atque elegantiâ mihi monſtratur alius ordo verſuum ad hanc normam:

Sæpè ſub immotis præſepibus, aut mala tactu
(Peſtis acerba boum!) pecorique aſpergere virus,
Vipera delituit, cœlumque exterrita fugit:

Vipera delituit, cœlúmque exterrita fugit;
Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere et umbræ,
(Peſtis acerba boum) pecoríque aſpergere virus,
Fovit humum. Cape ſaxa manu, cape robora, paſtor;
Tollentémque minas et ſibila colla tumentem
Dejice: jamque fugâ timidum caput abdidit altè;
Cùm medii nexus, extremæque agmina caudæ
Solvuntur, tardóſque trahit ſinus ultimus orbes.
Eſt etiàm ille malus Calabris in ſaltibus anguis,
Squamea convolvens ſublato pectore terga,
Atque notis longam maculoſus grandibus alvum:
Qui, dum amnes ulli rumpuntur fontibus, et dum
Vere madent udo terræ ac pluvialibus Auſtris,
Stagna colit, ripíſque habitans hîc piſcibus atram

Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere et umbræ,
Fovit humum.

Id quidèm — *mala aſpergere virus* — eſſet in primis elegans: ſic *boni inflare:* Ecl. v. 1. — Κακαι γεωργειν χειρες: Eur. Rheſ. 176. αριϛαι τεμνειν ωλκα: Call. H. Dian. 179. — εσθλος προδαηναι — Ap. Rhod. i. 106. — Utcunque autèm de hoc ſtatuet naſutus lector, voces — *peſtis acerba boum* — intrà parentheſin poni debent.

V. 424. Solvuntur: — i. e. *ſolvunt ſe: voce mediâ*, ut Eur. Hec. 438. ΛΥΕΤΑΙ δε μυ μελη.

Verùm enimverò, dum in manibus eſt *Hecuba Euripidis*, paulò emendatiorem dimittamus. Modò ibi præceſſerat:

Ω φως· προσειπειν γαρ σον ονομ' εξεϛι μοι.

Quid autèm, ſodes, ſibi vult hæc locutio — προσειπειν ονομα? Reſcribe ocyùs:

Ω Φως· προσειπειν γαρ σον ΟΜΜ' εξεϛι μοι.

Solem alloqui ſolebant morientes: ut *Alceſtis* v. 242.

Αλιε, και φαος ἡμερας ———

ſed hoc notum eſt. *Nonnus* etiàm vocat *ſolem* — αιθερος ομμα: et *Sophocles* — ἁμερας βλεφαρον: Antig. 104.

V. 429. madent udo. Quænam hæc eſt turpis *tautologia?* Verendum ſcilicèt poëtæ fuit, ne lectores ejus ſuſpicarentur *vere* potiſſimùm *udo* ARIDAS futuras eſſe terras! Depellantur à li-

Im-

Improbus ingluviem, raniſque loquacibus explet.
Poſtquam exhauſta palus, terræque ardore dehiſcunt,

matiſſimo *Virgilio* hæ ineptiæ, et in cæcutientes librarios, ut par eſt, redundent. Hoc profectò in codicibus ſuis videre poterant; ſi per lippitudinem licuiſſet:

> *Qui, dum amnes ulli rumpuntur fontibus, et dum*
> *Vere* NATANT *udo terræ ac pluvialibus auſtris.*

Lucretius vi. 265.

> *Nec tanto poſſent hæc terras opprimere imbri,*
> *Flumina abundare ut facerent, campoſque* NATARE.

Et ipſe noſter:

> ———————— *omnia plenis*
> *Rura* NATANT *foſſis:* i. 371.

et ſimilitèr Æn. iii. 625.

V. 430. ripiſque habitans, hic. Ut, quod in animum venit, eloquar, hæc locutio mihi videtur præter ſolitum ſcabioſa, et judicio *Virgilii* indigna. Cui ineſt vel mica elegantiæ, non ſolet inter tot verba—*rumpuntur*—*madent*—*colit*—participium frigidum intrudere. Qui in ſcriptoribus venuſtiſſimis benè verſatus eſt, et Muſas excepit hoſpitio liberaliori, de his rebus poterit judicare: cæteri fruſtrà docentur. Mihi interim videre videor, quomodò locus corrigi debeat, et undè error primùm irrepſerit. Hoc igitùr modo refingendum eſſe verſum autumo:

> *Qui, dum amnes ulli rumpuntur fontibus, et dum*
> *Vere natant udo terræ ac pluvialibus Auſtris,*
> *Stagna colit, ripiſque* HABITAT: HINC *piſcibus atram*
> *Improbus ingluviem raniſque loquacibus explet.*

Undè autèm, quis dicet, profluxiſſe errorem putas? A vanâ ſcribarum ſolicitudine ob metrum; quæ et multis erroribus originem dedit. Pauca verò exempla rei hujuſce in medium conferamus. Sic igitùr lege *Platonis* benè notum Epigramma, ſalvis omnibus metri legibus:

> Η σοβαρον γελασασα καθ᾽ ΕΛΛΑΔΑ, ἡ ΠΡΙΝ εραστων
> Εσμον ενι προθυροις Λαις εχουσα νεων,
> Τῃ Παφιῃ το κατοπτρον· επει ΤΟΙΗΝ μεν ὁρασθαι
> Ουκ εθελω· ΟΙΗΝ δ᾽ ην παρος ου δυναμαι.

et rectè dedimus τοιην ὁρασθαι—et ὁιην: *nolo* TALEM ME VIDERE.

 Exilit

Exilit in ſiccum; et, flammantia lumina torquens,
Sævit agris, aſpérque ſiti, atque exterritus æſtu.

Recepta lectio non ferenda; hæc unicè elegans et indubitata. Quinetiàm πριν pro τον rectè ponimus: articulum enim in hoc loco reſpuit linguæ *Græcæ* ratio.

Ità etiàm ſupple epig. xv. ejuſdem apud *Brunck.*

Τον βρομιȣ Σατυρον ΜΕ τεχνησατο δαιδαλεη χειρ,
Κωφῳ — κ.τ.λ.

Hinc porrò ad ſanitatem redigendum eſt epigramma, quod nobis exhibet *Demoſthenes* in Orat. de *Coronâ*; ex quo poëmatio nemo adhùc, quod equidèm novi, vel tolerabilem ſenſum extundere valuit:

Οιδε, πατρας ἑνεκα σφετερας, εις δηριν εθεντο
Οπλα, και αντιπαλων ὑβριν απεσκεδασαν.
Μαρναμενοι δ' ΑΡΕΤΗι, ΕΚ δειματος ȣκ εσαωσαν
Ψυχας — κ.τ.λ.

Et quis dubitat, quin ità legendus ſit *Virgilius* Æn. iii. 69.

Indè, ubi prima fides pelago, placataque venti
Dant maria, et LENE *crepitans vocat Auſter in altum.*

atque ſic ſcriptum jam video *Pierium* teſtari in antiquis aliquot codicibus.

Corona ſit his exemplis *Anuti* epig. xii. apud *Brunck.* vol. i. et ſi in hoc caſtigando manu audaciori uſus videar, in animum vocet lector juſtiſſimum poëtæ dictum:

Cuncta priùs tentanda; ſed IMMEDICABILE VULNUS
Enſe recidendum.

Ουκετι δη πλωτησιν αγαλλομενος πτερυγεσσιν
Αυχεν' αναρριψω βυσσοθεν ορνυμενος·
Ουδε ΠΕΡΙ ΣΚΑΡΘΜΟΙΣΙ νεως περικαλλεα χειλη
Ποιφυξω, τα̉μα τερπομενος προτομα.
Αλλα με ΠΟΜΦΟΛΥΓΙ ποντȣ ΝΟΤΟΣ ωσ' επι χερσον·
Κειμαι δ' ΑΔΡΑΝΙΑι τανδε παρ' ηιονα.

πλωτησιν πτερυγεσσιν — repoſui ex mente ſagaciſſimi *Brunck.* In ποιφυσσω — *Suidas* habet παρα σκαρθμοισι, undè dedi περι: — i. e. περιποιφυξω: in not. v. 240. videat lector ſimilis argumenti epigramma; cujus ἁλμα reſpondet hujuſce σκαρθμοισι: et ὡς εκυκηθη κυμα, πομφολυγι ποντȣ. Πομφολυξ, εκβρασμος ὑδατος: Suid. — Κειμαι δ' αδρανια — *jaceo verò in imbecillitate* — i. e. et elegantèr quidèm; pro *imbellis* — *ſine viribus* — *mortuus* — *jaceo.*

Ne

Ne mihi tum molles ſub dio carpere ſomnos,
Neu dorſo nemoris libeat jacuiſſe per herbas;
Cùm poſitis novus exuviis, nitidúſque juventâ
Volvitur; aut catulos tectis aut ova relinquens,
Arduus ad ſolem, et linguis micat ore triſulcis.
  Morborum quoquè te cauſas et ſigna docebo.
Turpis oves tentat ſcabies, ubi frigidus imber
Altiùs ad vivum perſedit, et horrida cano
Bruma gelu: vel cùm tonſis illotus adhæſit
Sudor, et hirſuti ſecuerunt corpora vepres.
Dulcibus idcircò fluviis pecus omne magiſtri
Perfundunt, udíſque aries in gurgite villis
Merſatur, miſsúſque ſecundo defluit amni:
Aut tonſum triſti contingunt corpus amurcâ,
Et ſpumas miſcent argenti, viváque ſulphura,
Idæáſque pices, et pingues unguine ceras,
Scillámque helleboroſque graves, nigrumque bitumen.
Non tamèn ulla magis præſens fortuna laborum eſt,
Quàm ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum
Ulceris os: alitur vitium, vivítque tegendo;
Dum medicas adhibere manus ad vulnera paſtor
Abnegat, et meliora Deos ſedet omina poſcens.
  Quin etiàm ima dolor balantùm lapſus ad oſſa
Cùm furit, atque artus depaſcitur arida febris;

V. 436. Ad hunc modum, ni fallor, commodiùs diſtinguatur hic locus:

Neu dorſo nemoris libeat jacuiſſe; per herbas
Cum, poſitis novus exuviis nitiduſque juventâ,
Volvitur——

i. e. *cum ſe volvit per herbas:* v. Ecl. iii. 93. Geo. iv. 459.

V. 439. Vix mihi quis perſuaſerit *Virgilium* ità dediſſe verſum duobus ablativis gravatum: aut ille ſcripſit——

——————*linguis micat* ORA *triſulcis*

Aut,

——————LINGUAS *micat ore* TRISULCAS.

Profuit incenſos æſtus avertere, et inter
Ima ferire pedis ſalientem ſanguine venam:
Biſaltæ quo more ſolent, acérque Gelonus,
Cùm fugit in Rhodopen atque in deſerta Getarum,
Et lac concretum cum ſanguine potat equino.
  Quam procùl, aut molli ſuccedere ſæpius umbræ
Videris, aut ſummas carpentem ignaviùs herbas,
Extremámque ſequi, aut medio procumbere campo
Paſcentem, et ſeræ ſolam decedere nocti;
Continuò ferro culpam compeſce, priuſquàm
Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.
  Non tam creber, agens hyemem, ruit æquore turbo,

V. 464. Caſſa eſt, vel potiùs nulla, hujuſce loci conſtructio. Relativus enim aut habet expreſſum pronomen, aut ſubauditum; at hic neque hoc neque illud verum eſt. *Quam videris*, &c. quid cum illâ faciendum eſt? *Culpam compeſce:* quæ ſunt prorsùs incongrua. Facili quidèm remedio opus eſt:

QUUM *procùl aut molli*——

i. e. *quotiès videris aliquam.* Niſi fortaſsè malis intelligere—*culpam* ILLIUS *quam videris:* quod ſatis durum, ſed ferri poteſt.

V. 468. Quæ hic habent *Servius* et *La Cerda* mera ſunt ægroti ſomnia. Quod hic noſter exprimit per *culpam*, ſuprà per *vitium*; et *Græci* per βλαβην exprimebant.

V. 470. Infelicitèr omninò magnum numerum ſignificare voluit *Virgilius*, ſi morborum, qui in pecudes incidunt, *multitudinem* æquare velit *turbinum* vel *tempeſtatum* in Oceano frequentiæ. Quivis ex imâ cathedrâ diſcipulorum meliorem comparationem nobis præbere potuiſſet. Verùm enimverò non ità eſt operæ infelix noſter; librariorum enim incuria locum depravavit, nullo tamèn negotio reſtituendum:

Non tam creber agens hyemem ruit ÆQUORA *turbo,*
Quàm multæ pecudum peſtes.

et ordo eſt: *Turbo*, *agens hyemem* (i. e. tempeſtatem) *non tam creber ruit æquora:*—i. e. *non tam crebrò agitat*—*non* TOT FLUCTUS *in æquore excitat.* Quod et planum et verum.

Hùc apprimè facit *Lucretius* vi. 726.

Cum mare permotum ventis RUIT *intùs arenam.*

Quàm

Quàm multæ pecudum peſtes: nec ſingula morbi
Corpora corripiunt; ſed tota æſtiva repentè, [gentem.
Spémque, gregémque ſimul, cunctamque ab origine
Tum ſciat, aërias Alpes et Norica ſi quis
Caſtella in tumulis, et Iapidis arva Timavi,
Nunc quoquè pòſt tanto videat, deſertáque regna
Paſtorum, et longè ſaltus latéque vacantes.
Hîc quondàm morbo cœli miſeranda coorta eſt
Tempeſtas, totóque autumni incanduit æſtu,
Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum;
Corrupítque lacus, infecit pabula tabo.
Nec via mortis erat ſimplex: ſed, ubi ignea venis
Omnibus acta ſitis miſeros adduxerat artus,
Rursùs abundabat fluidus liquor; omniáque in ſe
Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat.
Sæpè in honore Deûm medio ſtans hoſtia ad aram,
Lanea dum niveâ circumdatur infula vittâ,
Inter cunctantes cecidit moribunda miniſtros,
Aut, ſi quam ferro mactaverat antè ſacerdos,
Indè neque impoſitis ardent altaria fibris,
Nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates:
Ac vix ſuppoſiti tinguntur ſanguine cultri,

Et ipſe noſter ii. 107.

Aut, ubi navigiis violentior incidit Eurus,
Nôſſe QUOT *Ionii veniant ad littora* FLUCTUS.

V. 475. Caſtella in tumulis. Hinc explicari poteſt—*domus ardua Daci:* Stat. Silv. i. 1. 7. de quo tam feſtivè diſputant interpretes; et *tardum in fœdera montem:* ibid. verſ. 80. ſed tales auctores non digni ſunt quos explices, et opera in iis evolvendis luditur: v. nos iv. 125.

V. 492. Mihi videtur legendum. AT *vix.*—Cæterùm voces hujuſce loci tam exquiſito ſunt judicio ſelectæ, et per gradus tantoperè aſſurgunt, ut fruſtrà quæres in toto *Latio* locutionis magis curioſam felicitatem. Nec nihil ſunt neque omnia, quæ dicit *Servius:* "Signatis uſus eſt verbis, nimiſque libratis."

Summaque jejunâ ſanie infuſcatur arena.
Hinc lætis vituli vulgò moriuntur in herbis,
Et dulces animas plena ad præſepia reddunt.
Hinc canibus blandis rabies venit, et quatit ægros
Tuſſis anhela ſues, ac faucibus angit obeſis.
Labitur, infelix ſtudiorum atque immemor herbæ,
Victor equus, fonteſque avertitur, et pede terram
Crebra ferit: demiſſæ aures: incertus ibidem

V. 495. dulces animas. Similitèr *Heſiodus* Scut. Herc. v. 428. Ed. Cant. in loco, ut mihi videtur, parùm ſano, quem tamèn ſic auſim corrigere:

———— ———— λεων ὡς σωματι κυρσας
Οϛε μαλ᾽ ενδυκεως ῥινον κρατεροις ονυχεσσι
Σχισσας, ὁτ̓τιταχιϛα ΜΕΛΙΦΡΟΝΑ ΘΥΜΟΝ απηυρα·
ΕΝ ΜΕΝΕΟΣ δ᾽αρα τȣγε κελαινον πιμπλαται ητορ.

i. e. εμπιμπλαται μενεος. Fidem faciet *Homerus*:

Κεινος γ᾽ ȣκ εθελει σϐεσσαι χολον, αλλ᾽ ετι μαλλον
ΠΙΜΠΛΑΝΕΤΑΙ ΜΕΝΕΟΣ: Il. ι. 674.

V. 497. Tuſſis anhela ſues. Ità *Plautus* Trin. ii. 4. 139.

Sues moriuntur anginâ acerrumè:

ſed eſſe videtur vitioſus, et ità fortaſsè corrigendus:

Sues moriuntur anginâ CREBERRUME.

Hanc etiàm occaſionem emendandi *Heſychii* libentèr arripio. Βραγχος· νοσημα τι των εν τῳ ΣΤΟΜΑΤΙ γιγνομενων ΚΑΤΑ τον ΒΡΟΓΧΟΝ, Ωι ΑΝ ὑς μαλιϛα ΔΙΑΦΘΕΙΡΕΤΑΙ. Sed hæc alii magnâ ex parte præripuerunt. Ità *Pollux* ii. 4. p. 94. Ed. Franc. Νοσημα δε των εντος τȣ ΣΤΟΜΑΤΟΣ ———— ΒΡΑΓΧΟΣ. ——

V. 498. Infelix ſtudiorum. Similis eſt ad morem *Græcum* elegantia in Ecl. iv. 24. quam dolet interpretes non aſſecutos eſſe:

Occidet et ſerpens, et FALLAX *herba* VENENI
Occidet.

V. 499. avertitur. *Voce mediâ: fontes à ſe avertit.*

V. 500. incertus ſudor. "Sine labore, cujus cauſa non apparet." *Servius.* Veriſſimè. Hinc *Heſychius*: Ευμοχθων, των επ᾽ αγαθῳ ιδρωτων: atque facilem interpretationem admittit *Euri-*

Sudor,

Sudor, et ille quidem morituris frigidus: aret
Pellis, et ad tactum tractanti dura reſiſtit.
Hæc ante exitium primis dant ſigna diebus.
Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus,

pidis locus Phæn. 1448. Ed. *Barnes*, de quo tantoperè in diverſum abeunt viri doctiſſimi:

——————— κἀπιθεις ὑγραν χερα ———

hæc eſt vera lectio; ὑγραν — *humentem ſudore morituris frigido.* Integrum autèm, lector, tibi ſiſtam locum; et æquo, te oro atque etiàm obteſtor, animo accipias, quæ de illo dicturus ſum, feraſque candidum judicium:

——————————— ϛερνων δ' απο
Φυσημ' ανεις ΔΥΣΤΛΗΤΟΝ, Ετεοκλης αναξ
Ηκουσε μητρος· κἀπιθεις ὑγραν χερα,
Φωνην μεν ουκ αφηκεν, ομματων δ' απο
Προσειπε δακρυοις, ὡϛε σημηναι φιλα.

Locum eſſe pulcherrimum, et poëtâ παθητικωτατῳ digniſſimum, mecum fatebere. Quid autèm, ſodes, ſibi vult — φυσημα δυϛλητον? Ne ipſe quidèm *OEdipus*, opinor, nobis aperiret. Inſignem mihi corruptionem hic deprehendiſſe videor. Φυσημα ΔΥΣΦΡΗΤΟΝ judico fuiſſe ab auctoris manu — *ſpiritum difficilitèr emiſſum.* At dices, quam vocem nobis propinas? Legitimam, ni fallor, et bonæ notæ; et cujus cognatos non paucos in optimis ſcriptoribus reperies. Et quot ſunt voces ἁπαξ λεγομεναι in *Anthologiâ* præſertim, et potiſſimùm *compoſitæ*; de quibus nemo ſani judicii litem movere poſſit? Vox autèm δυσφρητον — cum eſſet rarior, librariis ſemidoctis mutata eſt in δυσφορητον: et, hanc legibus metricis non admittentibus, indè ſe intruſit importunum illud δυϛλητον. Nec à nobis non videtur ſtare *Scholiaſtes:* Δυϛλητον, δυσεκπνευϛον: hæc autèm gloſſa non convenit; noſtram verò emendationem ſi ſubſtituas, optimè ſe habebit *Scholiaſtis* interpretatio.

Porrò hic *ſudor* ægrotantis equi, et *frigidus* eſt et *falſus:* ſimilitèr *Græci* ψυχρολογια, ψυχρομυθουργια, et alia id genus: et *Horatius* — *rumor* FRIGIDUS.

V. 503. ante exitium. Cum à ſeqq. v. 509. manifeſtum eſſe videatur non ſempèr ſequi mortem; fortaſsè debemus legere:

Hæc antè EXITII *primis dant ſigna diebus* ——

i. e. "hæc *ſigna exitii* dant antè primis diebus."

Tum

Tum verò ardentes oculi, atque attractus ab alto
Spiritus, interdùm gemitu gravis: imáque longo
Ilia ſingultu tendunt: it naribus ater
Sanguis, et obſeſſas fauces premit aſpera lingua.
Profuit inſerto latices infundere cornu
Lenæos; ea viſa ſalus morientibus una:
Mox erat hoc ipſum exitio; furiiſque refecti
Ardebant: ipsíque ſuos jam morte ſub ægrâ
(Dî meliora piis, errorémque hoſtibus illum)
Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.
Ecce autèm duro fumans ſub vomere taurus
Concidit, et mixtum ſpumis vomit ore cruorem,
Extrémoſque ciet gemitus: it triſtis arator,
Mœrentem abjungens fraternâ morte juvencum,

V. 507. tendunt. "Pro tenduntur, aut tendunt ſe; aut equi tendunt." *Philargyrius:* quarum duæ priores interpretationes totâ buccæ vi exſibilandæ ſunt; poſtrema ferri poteſt. Enimverò hæc conſtructio caret elegantiâ; et nemini, qui naſum habet, facilè placebit injucunda hæc tranſitio à numero ſingulari in pluralem. Nobis vix dubium eſt, quin idem vanus timor, ne laboraret verſus, de quo nos fuſiùs ad v. 430 ſuprà, hùc quoque mendam derivâſſet: vide enim quantus decor aſſurgat, ſi ad noſtram mentem res ordinetur:

Tum verò ardentes oculi; atque attractus ab alto
Spiritus, interdùm gemitu gravis, imaque longo
Ilia ſingultu TENDIT: ——

unuſquiſque verò ſuo judicio utatur: nobis ſaltèm favet *Thucydides:* Λυγξ τε τοις πλειοσιν ενεπιπτε κενη, ΣΠΑΣΜΟΝ ΕΝΔΙΔΟΥΣΑ ισχυρον: ii. 49.

V. 518. Mœrentem ——. Hæç me faciunt meminiſſe loci ſimilis in Troad. Eurip. 662.

Απεπτυσ᾽ αυτην, ἡτις ανδρα τον παρος
Καινοισι λεκτροις αποβαλουσ᾽, αλλον φιλει.
Αλλ᾽ ουδε πωλος, ἡτις αν διαζυγῃ
Της συντραφεισης, ῥᾳδιως ἑλκει ζυγον.

Quid autèm magis ανευ Χαριτων fingi poteſt, quàm illud hyperbaton in ſecundo verſu? Nec memini (confidentèr enim loqui

Atque

Atque opere in medio defixa relinquit aratra.
Non umbræ altorum nemorum, non mollia poſſunt
Prata movere animum; non qui per ſaxa volutus
Purior electro campum petit amnis: at ima
Solvuntur latera, atque oculos ſtupor urget inertes,
Ad terrámque fluit devexo pondere cervix.
Quid labor, aut benefacta juvant? quid vomere terras
Invertiſſe graves? Atqui non Maſſica Bacchi
Munera, non illis epulæ nocuêre repoſtæ:
Frondibus et victu paſcuntur ſimplicis herbæ;
Pocula ſunt fontes liquidi, atque exercita curſu
Flumina; nec ſomnos abrumpit cura ſalubres.
  Tempore non alio dicunt regionibus illis
Quæſitas ad ſacra boves Junonis; et uris
Imparibus ductos alta ad donaria currus.
Ergò ægrè raſtris terram rimantur, et ipſis
Unguibus infodiunt fruges, montéſque per altos
Contentâ cervice trahunt ſtridentia plauſtra.
Non lupus inſidias explorat ovilia circùm,
Nec gregibus nocturnus obambulat; acrior illum

nollem) me audiſſe de *juvencis jugum* TRAHENTIBUS; nec arbitror ità rem ſe habere. Denique ſic videtur locus reſtituendus ſibi:

Απεπτυσ' αυτην, ἡτις, ανδρα τον ϖαρος
KOINOIΣI λεκτροις αποβαλουσ', αλλον φιλει.
Αλλ' ουδε ϖωλος, ἡτις αν διαζυγῃ
Της συντραφεισης, ῥαδιως EXEI ζυγον.

V. 526. atqui. Hanc vocem *Ciceroni* reſtituamus in opere politiſſimo.

Verè mihi hoc videor dicturus ——— *minimam copiam poëtarum egregiorum extitiſſe:* ATQUI *in hoc ipſo numero* — &c. De Orat. i. 3.

V. 537. inſidias explorat. Quidnam verò hoc ſit — *inſidias explorat* — cum de *lupo* ſermo fit, juxtà cum maximè ignaris id equidèm ignoro. Duæ ſe oſtendunt, et hæ faciles, emendandi viæ: vel INSIDIIS explorat, vel INSIDIANS *explorat.* Utrum mavis accipe: aut hoc enim aut illud unicè verum.

Cura

Cura domat: timidi damæ cervíque fugaces
Nunc interque canes et circùm tecta vagantur.

Hinc fortaſsè operæ pretium erit *Servii* notam ad Æn. i. 719. corrigere.Ità lege: "INSIDAT: in ſinu ſedeat: legitur tamèn et INSIDEAT;—i. e. ut quidam volunt, *inſidias faciat.*"

V. 538. nocturnus. Non eſt hâc major elegantia, nec quidèm frequentior tam apud *Græcos* quàm *Latinos*; potiſſimùm verò apud omnium elegantiarum theſaurum *Horatium*; qui in hâc re mendâ indignè inquinatur, à me ſtatim eluendâ:

——— *percunctor quanti olus, ac far:*
Fallacem circum VESPERTINUS*que pererro*
Sæpè forum: Sat. i. vi. 112.

Apud *Longi* Paſt. p. 14. hæc legimus: Δευτερας δη διαμαρτων ὁ Δορκων ελπιδος, και ματην τυρους αγαθους απολεσας, εγνω δια χειρων επιθεσθαι τη Χλοη μονη γενομενη. Quæ autèm eſt hæc *ſecunda ſpes?* de nullâ enim adhùc deciderat: tu reſcribe—ΔΕΥΤΕΡΟΣ ΔΕ: et conſtructio eſt: Δευτερος δε εγνω—quo nihil dici poterat venuſtius.

Neque à nobis debet negligi ſuavis poëta, ſi quis demùm ſuavis, *Theocritus:*

——— μετα Πανα το δευτερον αθλον αποισῃ: Id. i. 3.

periit venuſtas loci, niſi reſtituas veras lectiones:

——— μετα Πανα ΤΥ ΔΕΥΤΕΡΟΣ αθλον αποισῃ.

Ità Id. ii. 131.

Και μετα ταν Κυπριν, ΤΥ με ΔΕΥΤΕΡΑ εκ πυρος εἱλευ.

et viii. 71.

ΔΕΥΤΕΡΟΣ αυ Δαφνις λιγυρως ανεϐαλλετ᾽ αειδεν.

undè et iterùm corrigendus *Longus* p. 38. ſcribendo: αλλα μαρτυρησομεν ΔΕΥΤΕΡΟΙ μετα φιλητων.

Convitiis interim à nobis medicinam flagitat æger gravi morbo *Callimachus.* Subveniendum eſt.

——— εν δε ϖοληϊ
Θηκε τελεσφορινην επετησιον, ᾗ ενι ϖολλοι
ΥΣΤΑΤΙΟΙ ϖιπτουσιν επ᾽ ισχιον, ω ανα, ταυροι: H. Ap. 77.

Ità *Virgilius* noſter:

——— *excutitur,* PRONUS*que magiſter*
Volvitur in caput: Æn. i. 119.

Jam

Jam maris immenſi prolem et genus omne natantum
Litore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus
Proluit; inſolitæ fugiunt in flumina phocæ.
Interit et curvis fruſtrà defenſa latebris
Vipera, et attoniti ſquamis aſtantibus hydri.
Ipſis eſt aër avibus non æquus; et illæ
Præcipites altâ vitam ſub nube relinquunt.
  Præthereà nec jam mutari pabula refert,
Quæſitæque nocent artes: ceſsêre magiſtri,
Phillyrides Chiron, Amythaoniúſque Melampus.

Cognatus error H. Jov. v. 14. ubi lege:

> ———————— αλλα ȣ Ρειης
> ΩΓΥΓΙΟΙ καλεȣσι λεχωΐον Απιδαινηες.

Denique hic locus *Callimachi* viam ſternit ad *Tryphiodorum* emendandum in initio ſui poëmatis:

> Εννεπε, Καλλιοπεια· και ΑΡΧΑΙΩΝ εϛιν ανδρων,
> ΚΕΚΡΙΜΕΝΗΝ πολεμοιο, ταχειῃ λυσον αοιδῃ.

αρχαιων ανδρων: ut Apoll. Rhod. i. 1.

> Αρχομενος σεο, Φοιϐε, παλαιγενεων κλεα φωτων
> Μνησομαι.

et τῳ κεκριμενην πολεμοιο — *per bellum dijudicatam* — nihil novi elegantius et magis *Atticum* leporem ſapiens.

V. 549. Quamvis nobiſmetipſis non id negotii impoſuerimus, ut venuſtates divini hujuſce poëmatis præcipuas lectori monſtremus, atque illis illuſtrandis immoremur, quod quidèm eſſet operis penè infiniti; non tamèn non poſſumus ad hunc locum ſummum poëtæ artificium obſervare. Quicquid alti fuit in ſententiâ, ſublimis id omne præripuerat *Lucretius*; quis enim majorem ſublimitatem ſpirat?

> *Nec requies erat ulla mali: defeſſa jacebant*
> *Corpora: muſſabat tacito* MEDICINA *timore.*

Quid nunc faceret *Virgilius?* hos enim fines prætergredi vel ſummis humanæ mentis viribus nullo modo licuit. Si animum pari ſublimitate carminis percellere nequiret, ſaltèm voluit demulcere; idque aſſecutus eſt duobus verſibus, qui tantâ nituntur majeſtate, et modulatione tam ſuavi in aurem illabuntur, ut nihil ſuprà:

Sævit,

Sævit, et in lucem Stygiis emiſſa tenebris
Pallida Tiſiphone morbos agit antè metúmque,
Inque dies avidum ſurgens caput altiùs effert.
Balatu pecorum et crebris mugitibus amnes,
Arentéſque ſonant ripæ, colléſque ſupini.
Jámque catervatim dat ſtragem, atque aggerat ipſis
In ſtabulis turpi dilapſa cadavera tabo;
Donèc humo tegere, ac foveis abſcondere diſcant.
Nam neque erat coriis uſus; nec viſcera quiſquam
Aut undis abolere poteſt, aut vincere flammâ:
Nec tondere quidèm morbo illuviéque pereſa
Vellera, nec telas poſſunt attingere putres.
Verùm etiàm inviſos ſi quis tentârat amictus,
Ardentes papulæ atque immundus olentia ſudor

Quæſitæque nocent artes: ceſſere magiſtri
Phillyrides Chiron, Amythaoniuſque Melampus.

——————— αγαθη δ' ερις ηδε βροτοισι.

V. 556. Nimiùm diſtat à verbo ſuo nominativus caſus: et commodè fieret verſuum tranſpoſitio ad hunc modum:

Phillyrides Chiron, Amythaoniuſque Melampus.
Balatu pecorum et crebris mugitibus amnes,
Arenteſque ſonant ripæ, colleſque ſupini.
Sævit, et in lucem Stygiis emiſſa tenebris
Pallida Tiſiphone morbos agit ante metumque.
Inque dies avidum ſurgens caput altiùs effert.
Jamque catervatim dat ſtragem ——

V. 564. Hujuſce loci conſtructio mihi nunquàm placuit, nec legitima videtur. Quis enìm unquàm audivit in toto *Latio* parem locutionem—*ſudor membra ſequebatur?* Vellem interpretes, ſi quid boni ſensûs viderent ſublatere, non ità obmutuiſſent, ut nos cogant ad conjecturas incertas recipi, ne *Virgilium* in luto hærentem deſeramus. En! tibi noſtram! et tutam illam quidèm et elegantem:

Ardentes papulæ, atque INDUCTUS *olentia ſudor*
Membra ſequebatur.

i. e. *ſudor inductus membra.*

Membra ſequebatur: nec longo deindè moranti
Tempore, contactos artus ſacer ignis edebat

V. 566. contactos. Quidam codices habent *contractos*, quæ mihi videtur melior lectio: ità ſuprà v. 482.

> ——————————*ſed ubi ignea venis*
> *Omnibus acta ſitis miſeros* ADDUXERAT ARTUS ——

Neque alitèr *Lucretius* vi. 1159.

> ———— *nervos et* MEMBRA COACTANS.

P. VIRGILII MARONIS

GEORGICORUM.

LIBER IV.

PROTENUS aërii mellis cœleſtia dona
Exequar: hanc etiàm, Mæcenas, aſpice partem.
Admiranda tibi levium ſpectacula rerum,
Magnanimóſque duces, totiúſque ordine gentis
Mores, et ſtudia, et populos, et prælia dicam.
In tenui labor, at tenuis non gloria; ſi quem
Numina læva ſinunt, audítque vocatus Apollo.
Principio ſedes apibus ſtatióque petenda,

V. 1. Protenùs:—i. e. *hinc*—*deinceps:* atque ità ſempèr. Hic locum non habet *protinùs*, cui alia et longè diverſa ſignificatio: ſed in his vocibus ob imperitiam ſcribarum perpetuò erratum eſt.

V. 6. Vetus exemplar meum habet—*ſi* QUAM: quod longè eſt elegantius.

V. 7. i. e. ſi *mala* numina non impedient, et *bona* etiàm adjuvabunt.

—auditque. Fortè reponendum—ADERITQUE. Sic ii. 39.

Tuque ADES *inceptumque unà decurre laborem.*

Quinetiàm (quod ſuprà obſervatum oportuit) *Pierius* dicit quintum verſum in antiquiſſimo quodam codice ad hunc modum legi;

Quò

Quò neque ſit ventis aditus, (nam pabula venti
Ferre domum prohibent) neque oves hœdíque petulci
Floribus inſultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, et ſurgentes atterat herbas.
Abſint et picti ſqualentia terga lacerti
Pinguibus à ſtabulis, meropéſque, aliæque volucres,
Et manibus Procne pectus ſignata cruentis.
Omnia nam latè vaſtant, ipsáſque volantes
Ore ferunt dulcem nidis immitibus eſcam.
At liquidi fontes, et ſtagna virentia muſco
Adſint, et tenuis fugiens per gramina rivus:
Palmáque veſtibulum, aut ingens oleaſter obumbret;
Ut, cùm prima novi ducent examina reges
Vere ſuo, ludétque favis emiſſa juventus;
Vicina invitet decedere ripa calori,
Obviáque hoſpitiis teneat frondentibus arbos.
  In medium, ſeu ſtabit iners, ſeu profluet humor,
Tranſverſas ſalices et grandia conjice ſaxa;
Pontibus ut crebris poſſint conſiſtere, et alas
Pandere ad æſtivum ſolem; ſi fortè morantes
Sparſerit, aut præceps Neptuno immerſerit Eurus.
Hæc circum caſiæ virides, et olentia latè
Serpylla, et gravitèr ſpirantis copia thymbræ
Floreat; irriguúmque bibant violaria fontem.
  Ipſa autèm, ſeu corticibus tibi ſuta cavatis,
Seu lento fuerint alvearia vimine texta,

Mores et ſtudia, populos et prælia dicam:

et, ut mihi videtur, rectius: v. nos iii. 430.

V. 20. obumbret. Hæc lectio plurium codicum auctoritate nititur, et etiàm *Columellæ* ix. 5.

V. 22. vere ſuo. Hinc elegantèr *Euripides* Hippol. 76.

———————————— αλλ' ακηρατον
Μελισσα λειμων' ΗΡΙΝΗ διερχεται.

quam loci correctionem *Scholiaſtæ* me debere fateor.

V. 30. hæc circum—i. e. *circa totum apiarium*; ut has voces videtur interpretari *Columella* ix. 5.

Anguſtos habeant aditus; nam frigore mella
Cogit hyems, eadémque calor liquefacta remittit:
Utraque vis apibus pariter metuenda: neque illæ
Nequicquam in tectis certatim tenuia cerâ
Spiramenta linunt, fucóque et floribus oras
Explent; collectumque hæc ipſa ad munera gluten
Et viſco et Phrygiæ ſervant pice lentius Idæ.
Sæpè etiàm effoſſis (ſi vera eſt fama) latebris
Sub terrâ fovêre larem; penitúſque repertæ
Pumicibúſque cavis, exeſæque arboris antro.
Tu tamèn et levi rimoſa cubilia limo
Unge fovens circùm, et raras ſuperinjice frondes:
Neu propiùs tectis taxum ſine; neve rubentes
Ure foco cancros; altæ neu crede paludi;
Aut ubi odor cœni gravis; aut ubi concava pulſu
Saxa ſonant, vocíſque offenſa reſultat imago.

V. 41. Malam hic habemus verborum collocationem, quæ facilè evitari poterat:

——— *collectumque hæc ipſa ad munera gluten*
Servant, et viſco et Phrygiæ pice lentius Idæ.

V. 42. Benè hæc cum præcedentibus connectuntur: hinc enim probatur, quàm ſtudiosè caveant *apes* tempeſtatis mutationes; et, quæ indè exoriuntur, nimia frigora et calores. "Si credendum eſt, apes poſſe terras effodere:" *Servius.* Sed hâc interpretatione non eſt opus, ne quidèm ſi legatur — *fodêre:* et meliùs refertur, me judice — *ſi vera eſt fama* — ad — *ſub terrâ fovêre larem:* — i. e. "ſi credibile eſt eas terræ cavernas frequentâſſe."

V. 43. fovêre. Hæc omninò vera eſt lectio: ſic iii. 420. *coluber* FOVIT *humum.* *Caſtra* FOVERE: Æn. ix. 57. Sic εθρεψεν, εσχεν — Schol. Soph. Aj. 657.

V. 44. In quibuſdam MSS. legere eſt *alvo* pro *antro:* et hæc lectio mihi videtur præferenda: ſic ii. 452.

——— *nec non et apes examina condunt*
Corticibuſque cavis vitioſæque ilicis ALVEO.

V. 45. Tu tamèn: — i. e. "quamvis ipſæ *per ſe* ſint ad hoc tam diligentes prudenteſque."

Quod

Quod ſupereſt, ubi pulſam hyemem Sol aureus egit
Sub terras, cœlumque æſtivâ luce recluſit;
Illæ continuò ſaltus ſylváſque peragrant,
Purpureóſque metunt flores, et flumina libant

V. 52. Pro *recluſit* conjeceram *refulſit*; ſed me conjecturæ pœnitet, quamvis eam agnoſcat meum exemplar vetus.

V. 54. metunt. Quomodò dici poſſunt *apes* purpureos flores METERE — i. e. *ſuccidere — in duo ſecare* — id equidèm non intelligo: emendaveram igitùr:

Purpureoſque PETUNT *flores.*

ſed hæreo *Theocritum* legens Id. xxvi. 3.

Χάι μεν ΑΜΕΡΞΑΜΕΝΑΙ λασιας δρυος αγρια φυλλα.

et *Apollonium Rhodium* i. 879.

Ως δ' ὅτε λειρια καλα περιϐρομεουσι μελισσαι,
Πετρης εκχυμεναι σιμϐληΐδος, αμφι δε λειμων
Ερσηεις γανυται· ται δε γλυκυν αλλοτε τ' αλλον
Καρπον ΑΜΕΡΓΟΥΣΙΝ πεποτημεναι.

Mihi igitùr videtur *Virgilius* uti τῳ *metunt*, ut et *Apollonius* τῳ αμεργουσιν — pro *decerpere — deterere* aliquid è floribus. Hinc lux affulget *Lucretio*, qui viciſſim noſtram vocis interpretationem confirmat:

Floriferis ut apes in ſaltibus omnia LIMANT,
Omnia nos itidèm DEPASCIMUR *aurea dicta.*

limant vel *depaſcuntur:* undè fruſtrà ſunt, qui alteram lectionem *Lucretio* impingunt. His reſpondet — παντα περικνιξασθε. in *Zonæ* epig. 6. vol. ii. *Brunck.*

Porrò mendâ laborat *Apollonii* locus, quæ ſic tollenda eſt:

—————— ται δε γλυκυν ΑΛΛΟΤ' ΕΠ' αλλον
Καρπον αμεργουσιν πεποτημεναι:

v. Il. o. 684. Od. Δ. 236.

Hinc denique corrigendum videtur epigramma *Leonidæ Tarentini* xcviii. cl. *Brunck*; è quo non unam mendam ſuſtulimus:

Ποιμενες, οἱ ταυτην ορεος ῥαχιν οιοπολειτε·
Αιγας κ' εὐειρους ΕΜΒΟΤΕΟΝΤΕΣ οἲς·
Κλειταγορῃ, προς γης, ολιγην χαριν αλλα προσηνη
Τινοιτε, χθονιας εινεκα Φερσεφονης.

Summa leves. Hinc neſcio quâ dulcedine lætæ
Progeniem nidóſque fovent: hinc arte recentes
Excudunt ceras, et mella tenacia fingunt.
Hinc ubi jam emiſſum caveis ad ſidera cœli

Βληχησαιντ᾽ οἰες μοι, επ᾽ αξεστοιο ΤΕ ποιμην
Πετρης συριζοι πρηεα βοσκομεναις·
Ειαρι δε πρωτῳ λειμωνιον ΑΛΣΟΣ ΑΜΕΡΞΑΣ
Χωριτης στεφετω τυμβον εμον στεφανῳ·
Και τις ΕΠ᾽ ευαρνοιο καταχραινοιτο γαλακτι
Οιος, αμολγαιον μαστον ανασχομενος,
Κρηπιδ᾽ ὑγραινων επιτυμβιον. Εισι θανοντων,
Εισιν αμοιβαιαι κᾀν φθιμενοις χαριτες.

Benè videmur emendâſſe — εμβοτεοντες· Βοτειν, βοσκειν — Heſych.

Poſſis etiàm elegantèr legere — ανθος ΑΜΗΣΑΣ: quæ lectio propriùs accedit *Virgiliano* — *metunt flores.*

Και τις επικαταχραινοιτο — *atque aliquis* PRÆTER HÆC *etiàm perfundat.*

Apud *Tryphiodorum* verſ. 334. hæc legimus:

Αλλαι δε χνοοεσσαν αμελγομεναι χαριν ομβρου
Ολκῳ δουρατεῳ ῥοδεους στορεσαντο ταπητας.

Satis multa critici ad locum; ſed longiſſimè à veritate. Ità nos reſtituendum eſſe arbitramur:

Αλλαι δε ΧΝΟΑΕΣΣΑΝ ΑΜΕΡΓΟΜΕΝΑΙ χαριν ομβρου.

Poſſes quidèm corrigere — αμησαμενοι: ut Callim. H. Cer. 164.

Ηρης εκ λειμωνος αμησαμεναι φορεουσιν
Ωκυθεον τριπετηλον.

ſed quod dedi, unicè mihi placet. — Et quod hic — χνοαεσσαι — de *floribus*, *Lucretius* ſimilitèr dixit:

——————————— *herba cubile*
Præbebat, multâ et molli LANUGINE *abundans:* v. 814.

et locutionem, nimis quidèm affectatam, χυσιν ομβρου, illuſtrabit idem *Lucretius* i. 251. loco elegantiſſimo, cui multa debet noſter *Virgilius*; et cujus ope ſic vellem hiatum *Anacreontis* Od. xix. conſarcinare:

ΤΟΥΣ ΑΙΘΕΡΟΣ ΜΕΝ ΟΜΒΡΟΥΣ
Η γη μελαινα πινει.

Nare

Nare per æſtatem liquidam ſuſpexeris agmen,
Obſcurámque trahi vento mirabere nubem;
Contemplator: aquas dulces et frondea ſemper
Tecta petunt: hùc tu juſſos aſperge ſapores,
Trita meliſphylla et cerinthæ ignobile gramen:
Tinnitúſque cie, et Matris quate cymbala circùm.
Ipſæ conſident medicatis ſedibus: ipſæ
Intima more ſuo ſeſe in cunabula condent.
  Sin autem ad pugnam exièrint (nam ſæpe duobus
Regibus inceſſit magno diſcordia motu;
Continuóque animos vulgi, et trepidantia bello
Corda licet longè præſciſcere: namque morantes
Martius ille æris rauci canor increpat, et vox
Auditur fractos ſonitus imitata tubarum)
Tum trepidæ inter ſe coëunt, penníſque coruſcant,
Spiculáque exacuunt roſtris, aptántque lacertos,
Et circa regem atque ipſa ad prætoria denſæ
Miſcentur, magníſque vocant clamoribus hoſtem.
  Ergò, ubi ver nactæ ſudum campóſque patentes,
Erumpunt portis: concurritur: æthere in alto
Fit ſonitus: magnum mixtæ glomerantur in orbem,
Præcipitéſque cadunt: non denſior aëre grando,
Nec de concuſsâ tantùm pluit ilice glandis.
Ipſi per medias acies, inſignibus alis,
Ingentes animos anguſto in pectore verſant:
Uſque adeò, obnixi non cedere, dum gravis aut hos,
Aut hos verſa fugâ victor dare terga ſubegit.
Hi motus animorum atque hæc certamina tanta
Pulveris exigui jactu compreſſa quieſcunt.
  Verùm ubi ductores acie revocaveris ambos;

V. 66. ſeſe condent. Exprimit per *vocem mediam* — Æn. ii. 401.

SCANDUNT *rursùs equum, et notâ* CONDUNTUR *in alvo.*

V. 82. ipſi. Jam diù eſt ex quo *regum* mentionem fecerit: ſed *genus maſculinum* ab ambiguitate defendit locum.

Deterior qui viſus, eum, ne prodigus obſit,
Dede neci: melior vacuâ ſine regnet in aulâ.
Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens,
(Nam duo ſunt genera) hic melior, inſignis et ore,
Et rutilis clarus ſquamis: ille horridus alter
Deſidiâ, latámque trahens inglorius alvum.
  Ut binæ regum facies, ita corpora gentis:
Namque aliæ turpes horrent, ceu pulvere ab alto
Cùm venit, et terram ſicco ſpuit ore viator
Aridus: elucent aliæ, et fulgore coruſcant,
Ardentes auro et paribus lita corpora guttis.
Hæc potior ſoboles: hinc cœli tempore certo
Dulcia mella premes: nec tantum dulcia, quantum
Et liquida, et durum Bacchi domitura ſaporem.

V. 87. quieſcunt. Hæc eſt lectio, quam exhibet major pars codicum: et eſt alteri anteponenda.

V. 89. prodigus. Nunquàm potui concoquere hanc vocem: nuſquàm uſus eſt *Virgilius*; neque interpretatio, quam nobis dant — *mella conſumens* — aut rectè per vocem expreſſa videtur, aut bonum ſenſum efficit. Quantulum enim eſſet mel ape *uno* conſumptum? — Cum in hoc loco de apum præliis *Virgilius* ſermonem faciat, ſempèr exoptavi quandam interpretationem, quæ hùc reſpiceret. In hanc igitùr emendationem incidi; quam, licèt minimè ſperem omne punctum laturam eſſe, non pigebit lectori coràm ſiſtere:

Deterior qui viſus, eum, ne PROTENUS *obſit,*
Dede neci.

i. e. "ne *pergat* eſſe litigioſus, atque *in futurum* ſeditiones excitet: v. nos ad iv. I.

Me certè ſuffragio ſuo adjuvare videtur *Columella:*

Sed nonnunquàm (dux) necandus eſt, cum vetus alveare numero apum deſtituitur, atque infrequentia ejus aliquo examine replenda eſt. Itaque, cùm primo vere in eo vaſe nata eſt pullities, NOVUS REX ELIDITUR, UT MULTITUDO SINE DISCORDIA *cum parentibus ſuis converſetur:* ix. 11.

V. 99. "Ordo eſt: Ardentes auro corpora, et paribus guttis lita." *Philargyrius.* Imò falleris: hunc eſſe ordinem rectum verborum ipſe judico: "Ardentes corpora, lita auro et paribus guttis." Sic *Horatius* habet — *aurum veſtibus* ILLITUM: et *divitiis* OBLITUS.

At cùm incerta volant cœlóque examina ludunt,
Contemnúntque favos, et frigida tecta relinquunt;
Inſtabiles animos ludo prohibebis inani.
Nec magnus prohibere labor: tu regibus alas
Eripe: non illis quiſquam cunctantibus altum
Ire iter, aut caſtris audebit vellere ſigna.
Invitent croceis halantes floribus horti;
Et cuſtos furum atque avium cum falce ſalignâ
Helleſpontiaci ſervet tutela Priapi.
Ipſe, thymum pinóſque ferens de montibus altis,
Tecta ferat latè circum, cui talia curæ:
Ipſe labore manum duro terat: ipſe feraces
Figat humo plantas, et amicos irriget imbres.
Atque equidèm, extremo ni jam ſub fine laborum
Vela traham, et terris feſtinem advertere proram;
Forſitàn et pingues hortos, quæ cura colendi
Ornaret, canerem; biferíque roſaria Pæſti:
Quóque modo potis gauderent intyba rivis,
Et virides apio ripæ, tortúſque per herbam
Creſceret in ventrem cucumis; nec ſera comantem

V. 111. Priapi. Hoc officium nonnunquàm ad *Pana* deferebatur: undè *Nicii* epigramma:

Φρουρος επι σμηνεσσι, Περιστρατου ἑινεκα, μιμνω
Ενθαδε, Μαιναλιαν κλιτυν αποπρολιπων,
Κλωπα μελισσαων δεδοκημενος· αλλ᾽ αλεασθε
Χειρα, και ΑΙΓΙΒΑΤΟΥ κουφον ορεγμα ποδος.

Sic rectè, ut videtur, reſtituimus illud poëmatium ſanitati.

V. 112. Quidam legunt—*thymum* TINOS*que:* ſed non opus eſt; *pinus* enim in hoc loco eſt *planta humilis*, ut colligi poteſt à *Columellæ* ix. 4. et 5. et non *arbor*.

V. 121. Multo commodior decurret locus, et conſtructio apertior evadet, ſi una tantummodò mutetur littera:

QUO*que* MODO *potis gauderent intyba rivis:*
UT *virides apio ripæ.*

—— tortus: — i. e. *ſe torquens: voce mediâ.*

Narciſſum, aut flexi tacuiſſem vimen acanthi,
Pallentéſque hederas, et amantes litora myrtos
  Namque ſub Oebaliæ memini me turribus altis,
Quà niger humectat flaventia culta Galeſus, 126

V. 123. flexi acanthi: ὑγρος ακανθος: Theoc. i. 55. et hinc rectè explices locum *Pindari*:

> ——————— ὁ δε κνωσσων
> ΥΓΡΟΝ νωτον αιωρει, τεαις
> Ριπαισι κατασχομενος. Pyth. i. 16.

lectiones hic variantur; det igitùr veniam lector, ſi conjecturam meam propoſuero, quæ et lyricum quiddam ſpirat, et apprimè loco convenit. Vellem equidem:

> ——————— τεαις
> Ριπαισι ΚΑΤΑΡΔΟΜΕΝΟΣ:

et hoc cum præcedentibus — κατεχευας — et ὑγρον — amiciſſimè conſpirat. Καταρδειν, ΕΥΦΡΑΙΝΕΙΝ: Heſych. neque alitèr fortaſsè *Scholiaſtes*: cujus gemellum eſt illud *Maronis* mei: SOPOR IRRIGAT *artus*: et videat lector, cui ſuppetit, (mihi enim non ſuppetit) *Oppianum* ii. 576. quem video me olim provocâſſe ad hunc *Virgilii* locum.

Elegantèr *Tryphiodorus*. v. 79.

> Νωτα δ' ὁμου λαγονεσσι συνηρμοσε, και ῥαχιν ΥΓΡΗΝ.

Atque hic non intempeſtivè mihi exſcribetur notula magni *Bentleii* è margine *Lucretii* ſui ad hunc verſum:

> *Unco ſæpè labro calamos percurrit hiantes:* iv. 592.

" Lego — *udo* — non *unco*: Plato:

> Αυτος επει συριγγι μελισδεται ευκελαδω Παν,
> ΥΓΡΟΝ ἱεις ζευκτων χειλος ὑπερ καλαμων."

At minùs neceſſariam eſſe viri acutiſſimi emendationem ſatis probant præcedentia: ὑγρος enim eſt *flexus* — *uncus*. Illuſtrabit *Theocriti* locus rectè interpunctus:

> Εκ κηρω συριγγα, καλον περι χειλος ἱλικταν: i. 129.

benè circa labrum inflexam: ità ſcilicèt factam, ut circa labrum, fiſtulæ applicatum, rectè curvaretur. Vide Lucret. v. 1406.

V. 125. turribus: — i. e. *collibus*: v. Hor. Od. iii. iv. 14. Sat. ii. vi. 14.

Cory-

Corycium vidiſſe ſenem; cui pauca relicti
Jugera ruris erant; nec fertilis illa juvencis,

V. 126. niger: v. nos ad v. 126. quidam igitùr malè volunt legere —*piger.*

V. 128. Hoc ſanè mihi dolet, immò perdolet, narrationem tam venuſtam, tantis leporibus conſperſam, tam denique omnibus numeris abſolutam, tot vitiis dehoneſtari, atque tantâ etiàm ſpurcitie orationis contaminari. Expergiſcere verò, lector, atque aures arrige, dum hoc ulcus uſque ad vivum manu ſeveriori perſcrutemur.

——— ——— *cui pauca relicti*
Jugera ruris erant; *nec* FERTILIS *illa* JUVENCIS,
Nec pecori opportuna SEGES, *nec commoda Baccho.*

Atque imprimis nihil refert, an intelligas per *relicti*—quod ſeni ſupererat, aliis neſcio quo modo amiſſis; an quod jure hæreditario in manus illi devenerat. Hoc, inquam, nihil tanti eſt: cum enim, quâ vis, interpretatione recto talo ſtabit locus. Quid autèm monſtri nobis alunt ſtatim ſequentia? Qui fit, ut humilium *Georgicῶν* ſtatim oblivifcatur noſter, et in grande epos lectores ſuos rapiat? Miraculum certè ſatis ſpecioſum nobis promit—*ſegetem* ſcilicèt FERTILEM JUVENCIS; ut olim *Cadmea* ſeges, niſi quod *Corycii* ſenis eo nobilior fuerit et præſtantior, quò homines juvencis præſtent. Hæccine et interpretes et criticos tuliſſe tam patientèr!—Ut hoc autèm planè portentoſum *Virgilio* condonemus, aut potiùs oſcitantiæ librariorum, (religio enim nobis eſt in caſtigatiſſimi judicii poëtam tale vitium relegare): quâ tandèm illud ferri poteſt patientiâ—SEGES *fertilis?*—*ſeges* pro *terrâ* in genere poſita? cujus exemplum, nî fallor, totum non novit *Latium.* Scio quoſdam, qui ſibi videntur hoc argumentum labefeciſſe à i. 47.

Illa SEGES *demùm votis reſpondet avari*
Agricolæ, bis quæ ſolem, bis frigora ſenſit ——

ſed multo diverſa ratio eſt hujuſce loci: quamvis enim *ſeges* ipſa non duas hyemes et æſtates duas viderit; *ſenſit* tamèn et percepit commoda tanti ſpatii. Et hoc ſatis poëtis, qui liberiore utuntur oratione, nec ſingulas voces ad normam rigidam volunt exigi. At iſte dictionis uſus loco, cum quo nunc res eſt, minimè convenit. Si enim *ſeges*, ut ληΐον *Græcorum*, laxiori locutione dici poteſt pro *terrâ*, undè *ſegetes* proveniunt; certè neceſſe eſt intelligamus agros *Corycii* ſenis nec *frumentis* etiàm eſſe commodos, cum pro *horto* tantum ille uti cogeretur. Et indè videre eſt aliâ inſupèr mendâ hunc locum depravari. Quid

Nec

Nec pecori opportuna ſeges, nec commoda Baccho.
Hic rarum tamèn in dumis olus, albáque circùm

enim neceſſe erat res ad *hortum* redire? ſi nec *juvencis*, nec *pecori*, nec *Baccho* rus fuerit opportunum; quidni ſaltèm *Cereri?* De hoc enim ſilet poëta.

Jamne igitùr vides multis incommodis undique premi locum, ut nunc circumfertur; nec indè, ſalvis receptis lectionibus, extricari poſſe? Nobiſne igitùr veniam des, ſi emendationes proponamus, aliquantulùm quidèm audaciores, ſed conſtantes pari numero literarum et vocibus perſimilibus; loco etiàm apprimè convenientes, et, quod maximum eſt, *Virgilio* dignas? Sed multa promiſſa fidem levant: ergò en! illas tibi, ambagibus ultrà miſſis:

——————— *cui pauca relicti*
Jugera ruris erant; *nec* FORTIBUS *illa juvencis*,
Nec CERERI *opportuna* SATIS, *nec commoda Baccho.*

quæ ſunt undequaque juſta et ſecura. *Fortes juvenci*—ut ii. 237. iii. 50. et optimè conjunguntur *Cereri* et *Baccho*, ut ſolet noſter:

Cuncta tibi CEREREM *pubes agreſtis adoret*,
Cui tu lacte favos et miti dilue BACCHO: i. 343.
Denſa magis CERERI, *rariſſima quæque* LYÆO: ii. 249.

et *opportuna ſatis*; ut Ecl. i. 47.

——————— *ergò tua rura manebunt*,
Et tibi MAGNA SATIS.

Finem imponat his obſervationibus *Leonidæ Tarentini* epigramma liv. apud *Brunck.*

Τουτο το του Κλειτωνος επαυλιον, ἡ τ' ολιγωλαξ
Σπειρεσθαι, λιτος δ' ὁ σχεδον αμπελεων,
Τουτο τε ῥωπειον ολιγοξυλον· αλλ' επι τουτοις
Κλειτων ογδωκοντ' εξεπερησ' ετεα.

quædam autèm mihi diſplicent. Quomodò enim, ſodes, ſubſtantivus eſſe poteſt ολιγωλαξ, et poſt illum ſtare σπειρεσθαι? Hæc certè ferri non poſſunt: lege——

ΤΑΥΤΑ ΤΑ του Κλειτωνος ΕΠΑΥΛΙΑ, ΓΗ τ' ολιγωλαξ
Σπειρεσθαι ——

jam verò nihil poteſt elegantius legi, quàm ολιγωλαξ σπειρεσθαι γη.—Et numeroſius fuiſſet—εξεπερησεν ετη: ſed nihil mutamus: non enim aures omnibus contigerunt.

Lilia,

Lilia, verbenaſque premens, veſcumque papaver,
Regum æquabat opes animis; ſerâque revertens
Nocte domum, dapibus menſas onerabat inemptis.
Primus vere roſam, atque autumno carpere poma:
Et cùm triſtis hyems etiàm nunc frigore ſaxa
Rumperet, et glacie curſus frænaret aquarum;
Ille comam mollis jam tum tondebat acanthi,
Æſtatem increpitans ſeram Zephyroſque morantes.

V. 134. Vere roſam. Hinc Anac. liii. 1.

Στεφανηφορου μετ' ηρος
Μελπομαι ῥοδον θερινον.

Illud θερινον corruptum eſſe omnes vident, et alii alitèr, ut fieri ſolet, emendant: omnes autèm, ut mihi videtur, infelicitèr: Poſſes legere:

Μελπομ' ΗΡΙΝΟΝ ΤΟ ῥοδον:
ut Ιδων επισταμ' ευθυς: lv.

mallem tamèn ejicere infauſtam vocem θερινον, et ità reſtituere:

ΑΝΑΜΕΛΠΟΜΑΙ ΤΟ ῥοδον:

v. xli. 2.

V. 137. mollis acanthi: idem cum FLEXI *acanthi:* v. 123. ubi vide nos. *Mollis—flecti facilis:* hinc mallem ità ſcribere verſiculum à magno *Bentleio* prolatum ad Phal. Epiſt. Diſſ. p. 192. Ed. anni 1777.

Επτηξ' αλεκτωρ ΟΥΛΟΝ ὡς κλινας πτερον:

ſolutam pennam—flagging Wing—Cæterùm, herbam ανηθον, quam μαλακον vocat *Theocritus* xv. 119. *Moſchus* ουλον nominat, in loco longè pulcherrimo celeberrimoque; quem libet hic integrum apponere.

Αι, αι' ται μαλαχαι μεν επαν κατα καπον ολωνται,
Η τα χλωρα σελινα, το τ' ευθαλες ΟΥΛΟΝ ανηθον,
Υστερον αυ ζωοντι, και εις ετος αλλο φυοντι.
Αμμες δ' οἱ μεγαλοι και καρτεροι η σοφοι ανδρες,
Οπποκα πρατα θανωμες, ανακοοι εν χθονι κοιλᾳ
Ευδομες ΑΥ μαλα μακρον ατερμονα νηγρετον ὑπνον.

ſic autèm levitèr corrigendus eſt. Cæterùm nota eſt verſio, quam dedit horum verſuum *Jortinus*; elegans illa quidèm, ut par fuit, et majeſtatis plena; ſed plus adhùc gratiæ habitura, ſi

Ergò

Ergò apibus fœtis idem atque examine multo
Primus abundare, et ſpumantia cogere preſſis

preſſior fuiſſet, breviorque. Jam verò, ſi ejuſdem collegii, longo tamèn poſt tempore, ſocius apud *Eliſſam* ſuam, in eâdem materiâ velit ludere; ignoſcant illi candidiſſimi viri manes.

Heu! teneram prolem ſi bruma momorderit horti,
Si malvæ rigidis paſſim moriantur in agris
Frigore, deciderintque comæ languentis anethi;
In ſuperas redeunt Zephyris redeuntibus auras.
Nos homines, clari, ſapientes, magna profeſſi,
Morte ſemèl victi ingredimur commune ſepulchrum;
Et caligantes æternâ nocte latebras.

Porrò (ut in viam redeamus) ουλων ταπητων — Il. π. 224. malè videtur explicare Schol. per δασεων: potiùs μαλακων: ut Theoc. xv. 125.

Πορφυρεοι τε ΤΑΠΗΤΕΣ, ανω ΜΑΛΑΚΩΤΕΡΟΙ ὑπνῳ:

ad quem locum video falli *Whartonum*. Sic χλαιναν ουλην — Od. τ. 224. ut *D. Matthæus* xi. 8. μαλακοις ἱματιοις. — Ουλη — χλανις μαλακη — Heſych. Et dubitari poteſt de gloſſis, quas habet *Suidas* in ουλον et ουλος, quotiès in mentem venit Horat. A. P.

——— MOLLES *imitabiturære* CAPILLOS.

V. 139. apibus fœtis. At falſum eſt *apes* PARERE, ſi ipſi *Virgilio* fides:

Illum adeò placuiſſe apibus mirabere morem,
Quod NEC CONCUBITU INDULGENT, *nec corpora ſegnes*
IN VENEREM SOLVUNT, *aut* FOETUS NIXIBUS EDUNT:
Verùm ipſæ E FOLIIS NATOS *et ſuavibus* HERBIS
Ore LEGUNT.

actum eſt igitùr de *fœtis*, niſi vigilans ſterteret *Virgilius*; quod cave dixeris. Vide etiàm — *fœtis* — *examine multo:* quid hoc eſt, ſi non eſt putida ταυτολογια? At veram poëtæ ſcripturam aut deprehendi equidèm, aut videor mihi deprehendiſſe:

Ergò apibus FELIX *idem, atque examine multo*
Primus abundare:

i. e. "magno cum ſucceſſu ſuas habebat apes, et primus omnium multo examine abundabat." Quid planius, veriuſque? Sic — FELIX *nati* PIETATE: Æn. iii. 480. FELIX PROLE *virûm:* vi. 784. Sed propriâ luce ſe commendabit viris elegantioribus noſtra emendatio.

Mella

Mella favis; illi tiliæ, atque uberrima pinus:
Quótque in flore novo pomis ſe fertilis arbos
Induerat, totidèm autumno matura tenebat.
Ille etiàm ſeras in verſum diſtulit ulmos,
Edurámque pirum, et ſpinos jam pruna ferentes,
Jamque miniſtrantem platanum potantibus umbras.
Verùm hæc ipſe equidèm, ſpatiis excluſus iniquis,
Prætereo, atque aliis poſt me memoranda relinquo.
  Nunc age, naturas apibus, quas Jupiter ipſe
Addidit, expediam: pro quâ mercede, canoros
Curetum ſonitus crepitantiáque æra ſecutæ,
Dictæo cœli regem pavêre ſub antro.
Solæ communes natos, conſortia tecta
Urbis habent, magniſque agitant ſub legibus ævum:
Et patriam ſolæ, et certos novêre penates:
Venturæque hyemis memores æſtate laborem

V. 142. Sempèr mihi ſcrupulum injecit hic locus. Quomodò enim potuit arbos ſe induere pomis IN flore novo, cum poma veniant *poſt* flores? Tentabam igitùr hâc viâ:

> *Quotque* E *flore novo* ——

i. e. cum *florem depoſuerat*, ut ordo rerum poſtulat. Sed ſtatim ſenſi me nihil profeciſſe: quorsùm enim *flore* NOVO? cùm *inveteraſcat*, *decidat*que, priuſquàm deformati fructus ſoleant exſurgere. Denique aliam medicinam excogitavi, quæ verſum ſanitati ſuæ plenè et felicitèr reſtituerit:

> ET *quot* VERE *novo pomis ſe fertilis arbos*
> *Induerat, totidèm* AUTUMNO *matura tenebat.*

vere novo: ut i. 43. et rectè opponuntur *vere* et *autumno*, ut paulò ſuprà:

> *Primus* VERE *roſam atque* AUTUMNO *carpere poma.*

V. 147. ipſe equidem:—i. e. *ipſe ego quidèm:* at ità non loqui ſolet *Maro:* lego igitùr:

> *Verùm hæc* IPSA *quidèm* ——

i. e. "ETIAM HANC materiem, quamvis ità ſit jucunda, et menti meæ grata, non mihi licet per otium tractare."

Expe-

Experiuntur, et in medium quæſita reponunt.
Namque aliæ victu invigilant, et fœdere pacto
Exercentur agris: pars intra ſepta domorum
Narciſſi lacrymam, et lentum de cortice gluten,
Prima favis ponunt fundamina; deindè tenaces
Suſpendunt ceras: aliæ, ſpem gentis, adultos
Educunt fœtus; aliæ puriſſima mella
Stipant, et liquido diſtendunt nectare cellas.

V. 159. exercentur: — i. e. *ſe exercent*, *mediâ voce*; cujus inſigne exemplum nobis oſtenditur Æn. vi. 545.

Diſcedam, explebo numerum, REDDAR*que tenebris.*

V. 162. adultos educunt fœtus. Ad hunc locum ſe deridendos propinant interpretes, quos, ſi velit, conſulat lector; nobis enim quamvis ſit longè omnium jucundiſſimum, αινειν αινητα, μομφαν tamèn αλιτροις επισπειρειν ſempèr doluit; atque, ut ſperamus, dolebit ſempèr. In nos pergat gladium ſtringere malignitas, et ſcripta noſtra, qualiacunque demùm ſint, conviciis dilacerare; noſtrum telum potiùs pereat rubigine, quàm cum hominibus, quos plenior hauſtus *Pierii* fontis non emollivit, acritèr digladietur.

Verum loci ſenſum, per ſe manifeſtum ſatis, confirmabunt v. 21. et 194.

V. 164. Hic loci mihi temperare nequeo, quin apponam verſus quoſdam elegantiſſimos *Platoni* aſcriptos; ob hanc cauſam potiſſimùm, ut emendatiores legantur:

Αλσος δ' ὡς ἱκομεσθα βαθυσκιον, ἑυρομεν ενδον
Πορφυρεοις μηλοισιν εοικοτα παιδα Κυθηρης.
Ουδ' εχεν ιοδοκον φαρετρην, ȣ καμπυλα τοξα·
Αλλα τα μεν δενδρεσσιν ΕΠ' ευπεταλοισι κρεμαντο.
Αυτος δ' εν καλυκεσσι ῥοδων πεπεδημενος ὑπνῳ
Ευδεν μειδιοων· ξȣθαι δ' εφυπερθε μελισσαι
ΚΗΡΟΧΥΤΟΥΝ, ΕΡΓΟΝ Τ' ΑΠΑΛΟΙΣ επι χειλεσ' ΥΦΑΙΝΟΝ.

επι δενδρεσσιν — ut elegantèr *Duportus*:

Φορμιγγας δε μελιφθογγȣς χλοεροισιν ΕΠ' οζοις
Θηκαμεν αγκρεμασαντες: Pſalm cxxxvii.

atque aliam emendationem confirmat *Antipatri* epigramma in *Pindarum*:

Sunt

Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti:
Inque vicem ſpeculantur aquas et nubila cœli;
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto.
Ignavum fucos pecus à præſepibus arcent:
Fervet opus, redoléntque thymo fragantia mella.
  Ac veluti lentis Cyclopes fulmina maſſis
Cùm properant; alii taurinis follibus auras
Accipiunt, reddúntque; alii ſtridentia tingunt
Æra lacu: gemit impoſitis incudibus Ætna:
Illi inter ſeſe magnâ vi brachia tollunt
In numerum verſántque tenaci forcipe ferrum.
Non alitèr (ſi parva licet componere magnis)
Cecropias innatus apes amor urget habendi,
Munere quamque ſuo. Grandævis oppida curæ;

Ουδε ματην ΑΠΑΛΟΙΣ ξουθος περι ΧΕΙΛΕΣΙΝ εσμος
Επλασε κηροδετον, Πινδαρε, σειο μελι.

V. 167. accipiunt: immò lege — EXCIPIUNT: hoc enim poſcit ſermonis *Latini* proprietas. Neque alitèr de eâdem re *Plinius*: EXCIPIUNT *eas ternæ aut quaternæ, atque exonerant:* xi. 10.

V. 169. Fervet opus. Audaciores ſunt *Græci* in hâc figurâ adhibendâ, ut *Bacchylides* in fragmento nono apud *Brunck*; quod eo potiſſimùm apponimus, quo emendatius legatur:

Εν δε σιδαροδετοισι πορπαξιν αιθαν αραχναν
Ιστοι ΠΛΕΚΟΝΤΑΙ, εγχεα τε λογχωτα
Ξιφεα τ᾽ αμφακεα ευρως δαμναται, χαλκεων δ᾽ ουκετι
Σαλπιγγων κτυπος, ουδε συλαται μελιφρων ὑπνος
Απο βλεφαρων, ἁμον ὁς θαλπει κεαρ.
Συμποσιων δ᾽ ερατων βριθοντ᾽ αγυιαι,
Παιδικοι θ᾽ ὑμνοι ΦΛΕΓΟΝΤΑΙ.

Vide Soph. Œd. Tyr. 196.

V. 177. habendi. At quid? *mel*, fortaſsè dixeris, ut interpretes uno ore. Verum enimverò hic ſenſus loco parùm convenit, ut oſtendunt ſeqq. in quibus multa memorantur, quæ ad mellis comparationem non potiſſimùm ſpectant: nec intereà ſimilitudo, quæ præceſſit, huic interpretationi favet. Aliam verò non admittere videtur hæc vox, quæ ideò locum non ſuum occupat. Ipſe mallem legere:

Et

Et munire favos, et Dædala fingere tecta.
At feſſæ multâ referunt ſe nocte minores,
Crura thymo plenæ: paſcuntur et arbuta paſſim,
Et glaucas ſalices, caſiamque crocúmque rubentem,
Et pinguem tiliam, et ferrugineos hyacinthos.
Omnibus una quies operum, labor omnibus unus.
Manè ruunt portis; nuſquàm mora: rurſus eaſdem
Veſper ubi è paſtu tandem decedere campis
Admonuit; tum tecta petunt, tum corpora curant:
Fit ſonitus, muſsántque oras et limina circum.
Poſt, ubi jam thalamis ſe compoſuêre, ſiletur
In noctem, feſsóſque ſopor ſuus occupat artus.
Nec verò à ſtabulis pluviâ impendente recedunt
Longiùs; aut credunt cœlo, adventantibus Euris:

Cecropias innatus apes amor urget AGENDI,
Munere quamque ſuo.

i. e. *agendi aliquid — quoddam munus obeundi.*

De *apibus* dicit *Plinius* xi. 6. *Nullus, cùm per cœlum licuit,* OTIO *perit dies.*

V. 181 Elegante utitur comparatione ex apibus ductâ *Euripides* Herc. Fur. 487. fabulâ nulli ſecundâ, vel potiùs omnium παθετικωτατῃ.

——————— πως αν, ὡς ξȣθοπτερ☉
Μελισσα, συνενεγκαιμ᾽ αν εκ παντων γοȣς,
Εις ἑν δ᾽ ενεγκȣσ᾽, αθροον αποδοιην δακρυ;

Sed quæ eſt hæc inopia verborum, ut συνενεγκαιμι et ενεγκȣσα tam propè ſtent? Hoc ſanè invenuſtum, nec à poëtæ manu venire potuit. Quid ſi corrigas ——

——————— ὡς ξȣθοπτερ☉
Μελισσα, ΣΥΛΛΕΞΑΙΜ᾽ αν εκ παντων γοȣς —— ?

vel etiàm συναμερξαιμ᾽: v. nos ad verſ. 54. ſuprà.

V. 190. ſopor ſuus. Malè *Servius:* potiùs — ſomnus, qui meritò *ſuus* eſt, cùm ſibi *ſuo labore* acquiſiverint. Non alitèr *Bion.* i. 72.

Κατθεο και μαλακοις ενι φαρεσιν ὁις ενιαυεν,
Τοις μετα σευ ανα νυκτα τον ἱερον ΥΠΝΟΝ ΕΜΟΧΘΕΙ.

Sed

Sed circùm tutæ ſub mœnibus urbis aquantur,
Excurſúſque breves tentant: et ſæpè lapillos,
Ut cymbæ inſtabiles fluctu jactante ſaburram,
Tollunt: his ſeſe per inania nubila librant.
Illum adeò placuiſſe apibus mirabere morem,
Quòd nec concubitu indulgent, nec corpora ſegnes
In venerem ſolvunt, aut fœtus nixibus edunt.
Verùm ipſæ è foliis natos et ſuavibus herbis
Ore legunt; ipſæ regem parvóſque Quirites
Sufficiunt; auláſque et cerea regna refingunt.
Sæpè etiàm duris errando in cotibus alas
Attrivêre, ultròque animam ſub faſce dedêre:
Tantus amor florum, et generandi gloria mellis!
Ergò ipſas quamvis anguſti terminus ævi

V. 196. Gravem tranſpoſitionem hic noſter paſſus eſt, quam ipſe olim vidi, ſed jam ſentio et aliis antè me ſuboluiſſe (vide *Martynum*); qui laudem omnem per me ſibi ſoli habeant. Ad hunc autèm modum collocandi ſunt verſus:

—————————————— ſæpè lapillos,
Ut cymbæ inſtabiles fluctu jactante ſaburram,
Tollunt: his ſeſe per inania nubila librant.
Sæpè etiàm duris errando in cotibus alas
Attrivere, ultròque animam ſub faſce dedere:
Tantus amor florum, et generandi gloria mellis!
Illum adeò placuiſſe ——

Nihil poteſt eſſe verius; et ità in textu digerendos curâſſem, niſi ſcrupulum injicere quibuſdam ſuperſtitioſis nimiùm, atque indè audaciæ nomen mihi aſciſcere, valdè timerem.

V. 202. refingunt: quaſi *de novo faciunt — redintegrant — inſtaurant — novis* ſcilicèt *incolis* in regna importandis.

V. 206. anguſti terminus ævi excipiat. Hinc, opinor, felicitèr corrigi poterit *Simmiæ* Epig. in *Sophoclem:*

Τον σε χοροις μελψαντα Σοφοκλεα, παιδα Σοφιλου,
Τον, τραγικης Μουσης αστερα Κεκροπιον,
Πολλακις εν θυμελῃσι και εν σκηνῃσι τεθηλως
Βλαισος Αχαρνειτης κισσος ερεψε κομην,
Τυμβος εχει, και γης ολιγον μερος· αλλ᾽ ὁ περισσος
Αιων αθανατοις ΔΕΞΕΤΑΙ εν σελισι.

Excipiat, (neque enim plùs ſeptima ducitur æſtas)
At genus immortale manet, multoſque per annos
Stat fortuna domûs, et avi numerantur avorum.
Præterea regem non ſic Ægyptus, et ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes,
Obſervant. Rege incolumi, mens omnibus una eſt;
Amiſſo, rupêre fidem; conſtructáque mella
Diripuêre ipſæ, et crates ſolvêre favorum.
Ille operum cuſtos; illum admirantur, et omnes
Círcumſtant fremitu denſo, ſtipántque frequentes,
Et ſæpè attollunt humeris, et corpora bello
Objectant pulchrámque petunt per vulnera mortem.
His quidam ſignis, atque hæc exempla ſecuti,
Eſſe apibus partem divinæ mentis, et hauſtus
Æthereos dixere: Deum namque ire per omnes
Terraſque, tractuſque maris, cœlumque profundum.
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas.
Scilicet huc reddi deinde, ac reſoluta referri
Omnia: nec morti eſſe locum; ſed viva volare
Sideris in numerum, atque alto ſuccedere cœlo.
Si quandò ſedem anguſtam ſervatáque mella
Theſauris relines; priùs hauſtu ſparſus aquarum,
Ora fove, fumoſque manu prætende ſequaces.

V. 216. ſtipantque frequentes: ut δορυφοροι. Habet *Heſychius:* Δορυφορος, ὁπλοφορος, ὑπασπιστης, η φυλαξ των τυραννων, και προσωπον. Δορυφορουντες, προβαδιζοντες, ενοπλοι. Sed hic mihi videntur omnia luxata atque mendoſa; neque mihi plenè ſatisfaciunt, quæ apud editorem doctiſſimum invenio: quo nondùm viſo, ità emendabam, nec jam pœnitet:

Δορυφορος, ὁπλοφορος, ὑπασπιστης, η φυλαξ.

Δορυφορουντες, προβαδιζοντες ενοπλοι KATA προσωπον των τυραννων.

V. 221. An non meliùs — DUXERE — *opinati ſunt?*
V. 224. Ità diſtingue:

Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas
Scilicet: hùc reddi deindè —— v. nos ii. 534.

Bis

Bis gravidos cogunt fœtus, duo tempora meſſis.
Taygete ſimùl os terris oſtendit honeſtum
Pleias, et Oceani ſpretos pede reppulit amnes:
Aut eadem ſidus fugiens ubi piſcis aquoſi,
Triſtior hybernas cœlo deſcendit in undas.
Illis ira modum ſupra eſt, læſæque venenum
Morſibus inſpirant, et ſpicula cæca relinquunt
Affixæ venis, animáſque in vulnere ponunt.
Sin duram metues hyemem, parcéſque futuro,
Contuſóſque animos et res miſerabere fractas;
At ſuffire thymo, ceráſque recidere inanes
Quis dubitet? nam ſæpè favos ignotus adedit
Stellio; et lucifugis congeſta cubilia blattis:
Immuniſque ſedens aliena ad pabula fucus,

V. 229. Locus longè difficillimus, et præter candidiſſimi ſcriptoris morem obſcurus: quem tamèn magis magiſque obſcuraverunt commentis ſuis atque explicationibus et interpretes et critici. Omnes profectò hic cæcutiunt; et an ipſe paritèr cum aliis cæcutiam, lectoris eruditi ſit judicium. Confidentèr enim affirmare nollem me verum ſenſum poëtæ aſſecutum eſſe, diligentèr ſecutum præ me fero. Hoc igitùr modo, ope conjecturæ, dudùm locum reſtituebam; quam tamèn conjecturam nunc video in codicibus etiàm extare.

Si quandò ſedem anguſtam, ſervataque mella
Theſauris relines; priùs hauſtu ſparſus aquarum,
ORE *fove fumoſque manu prætende ſequaces.*

i. e. "*priùs* TE SPARGENS (participium *vocis mediæ*, ut ſæpè in præcedentibus) *aquis è fonte hauſtis* (quas, opinor, veſtibus inſperſas, utiles invenerant ad arcendas apes à corpore) *fove fumos ore* (ſufflando ſcilicèt, ne flamma langueat) *et manu prætende, ad apes ſuffocandas*:" quæ et perſpicua ſunt et minimè coacta; nec video equidèm quomodò impugnari poſſint.

V. 231. Bis gravidos cogunt fœtus:—i. e. "bis colligunt magnam vim mellis."

V. 238. affixæ: *ſeſe affigentes: voce mediâ.*

V. 244. *Virgilius* certè non vult dicere *fucos* cum apibus *pugnare*, neque hoc alibi unquàm innuit: quid enim ſine ſpiculis proficerent? Valeat igitùr corrupta lectio, quam metus laborantis metri intruſit; et vera reſtituatur:

Aut aſper crabro imparibus ſe immiſcuit armis;
Aut durum tineæ genus, aut inviſa Minervæ
In foribus laxos ſuſpendit aranea caſſes.
Quò magìs exhauſtæ fuerint, hôc acriùs omnes
Incumbent generis lapſi ſarcire ruinas,
Complebúntque foros, et floribus horrea texent.
Si verò (quoniàm caſus apibus quoque noſtros
Vita tulit) triſti languebunt corpora morbo,
(Quod jam non dubiis poteris cognoſcere ſignis:
Continuò eſt ægris alius color; horrida vultum
Deformat macies; tum corpora luce carentûm
Exportant tectis, et triſtia funera ducunt:
Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent,
Aut intùs clauſis cunctantur in ædibus omnes;
Ignavæque fame, et contracto frigore pigræ.
Tum ſonus auditur gravior, tractímque ſuſurrant;

Immuniſque SEDET *aliena ad pabula fucus.*

v. nos ad iii. 430.

V. 245. ſe immiſcuit: *mediâ voce* uſus eſt i. 454.

V. 259. contracto frigore: quòd, opinor, membra contrahat, et inducat rugas corpori. Indè *Tibullus* i. vii. 13.

At te, Cydne, canam, tacitis qui lenitèr undis
Cæruleus placidis per vada ſerpis aquis:
Quantus et ætherio contingens vertice nubes
FRIGIDUS *intonſos Taurus* ARAT *Cilicas.*

Sic *Virgilius* Æn. vii. 417.

Et frontem obſcœnam RUGIS ARAT.

Et *Horatius* Ep. i. xviii. 105.

Quem Mandela bibit, RUGOSUS FRIGORE *pagus.*

vide etiàm Epod. viii. 4.

Enimverò *Tibulli* locus ſuprà allatus mihi videtur graviſſimè corruptus; quem ſic conabar emendare: nullus enim ſenſus indè, ut nunc circumfertur, extundi poteſt:

At te, Cydne, canam, tacitis qui lenitèr undis
CÆRULA PER PLACIDOS IN *vada ſerpis* AGROS.

Fri-

Frigidus ut quondàm ſylvis immurmurat Auſter;
Ut mare ſollicitum ſtridet refluentibus undis;
Æſtuat ut clauſis rapidus fornacibus ignis)
Hîc jam galbaneos ſuadebo incendere odores,
Melláque arundineis inferre canalibus, ultrò
Hortantem et feſſas ad pabula nota vocantem.
Proderit et tunſum gallæ admiſcere ſaporem;
Arentéſque roſas, aut igni pinguia multo
Defruta, vel pſythiâ paſſos de vite racemos;
Cecropiúmque thymum, et graveolentia centaurea.
Eſt etiàm flos in pratis, cui nomen amello
Fecêre agricolæ, facilis quærentibus herba:
Namque uno ingentem tollit de ceſpite ſylvam,
Aureus ipſe; ſed in foliis, quæ plurima circùm
Funduntur, violæ ſublucet purpura nigræ:
Sæpè Deûm nexis ornatæ torquibus aræ:

placidos agros verò ſunt, qui facilem cultum admittunt, et minore negotio pacantur:—i. e. cultos agros: v. Script. de re ruſticâ p. 866. Ed. Lipſ. Ann. 1735. Et *vada* in hoc ſenſu videas apud Hor. Od. i. iii. 24. Virg. Æn. vii. 198.

Porrò ità commodiùs poteris diſtinguere hunc *Mãronis* locum:

Aut intùs clauſis cunctantur in ædibus, omnes
Ignavæque fame, et contracto frigore pigræ.

V. 260. tractimque ſuſurrant:—i. e. "ſenſim magis magiſque ſuſurros trahere:" et ſimilem ſenſum in voce משך Joſh. vi. 5. ſtatim agnoſcet *Hebræarum* literarum ſciens.

V. 275. funduntur: *ſe fundunt*; elegantiſſimè. Hinc ſe corrigendum nobis dat Epig. *Myrûs Byz.* p. 202. vol. i. *Brunck.*

Κεισαι δη χρυσεαν ὑπο παραδα ταν Αφροδιτᾶς,
Βοτρυ, Διωνυσου πληθομενος σταγονι·
Ουδ' ετι τοι ματηρ, ερατον περι κλημα βαλουσα,
ΧΕΥΣΕΙ ὑπερ κρατος νεκταρεον πεταλον.

et reponendum eſſe inſuper, opinor, ΧΡΥΣΕΑΣ et ΝΕΚΤΑΡΕΟΥ. Sic in epig. benè noto in *Sophoclem*—εκπροχεων πλοκαμους—et κληματα χευαμενη.

V. 276. Hæc certè nimis hiant, nec ſatis perſpicua eſt conſtructio. Se rectè haberet locus, ſi ità refingeretur:

 Aſper

Aſper in ore ſapor: tonſis in vallibus illum
Paſtores, et curva legunt prope flumina Mellæ.
Hujus odorato radices incoque Baccho,
Pabulaque in foribus plenis appone caniſtris.
Sed ſi quem proles ſubitò defecerit omnis,
Nec genus undè novæ ſtirpis revocetur, habebit;
Tempus et Arcadii memoranda inventa magiſtri
Pandere, quóque modo cæſis jam ſæpè juvencis
Inſincerus apes tulerit cruor. Altiùs omnem
Expediam, primâ repetens ab origine, famam.
Nam quà Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum,
Et circum pictis vehitur ſua rura phaſelis;
Quáque pharetratæ vicinia Perſidis urget,

INDE *Deûm nexis ornatæ torquibus aræ.*

V. 285. altiùs. Ità *D. Lucas* i. 3. παρηκολȣθηκοτι ΑΝΩΘΕΝ πασιν ακριβως: quem egregiè illuſtrat Schol. in Thuc. v. 26.—Δια το μη παρηβηκεναι την ἡλικιαν, ΠΑΡΑΚΟΛΟΥΘΩΝ ΠΑΣΙΝ. in quo loco *Thucydidis* pro αισθανομενος τε τῃ ἡλικιᾳ—legerem ΑΚΜΑΖΟΜΕΝΟΣ; niſi quòd nihil ſit adeò ſalebroſi atque obſcuri in oratione, quod *Thucydidi* non conveniat, et ſatis ſit pro ſuo more. In tali ſcriptore emendare aliquid ex conjecturâ, opus eſt periculoſiſſimum.

Neque alitèr Jamb. Vit. Pyth. i. 1. Μικρον γε ΑΝΩΘΕΝ προλαβοντες περι τȣ γενȣς αυτȣ. Et Demoſt. de Cor. Sect. 53. ΠΑΡΗΚΟΛΟΥΘΗΚΟΤΑ τοις πραγμασιν εξαρχης.

V. 289. Jamdudùm videram ordinem hujuſce loci turbatum eſſe, et verſus ad hunc modum digeſſeram; poſteà verò certior factus ſum et codicem *Romanum* eundem, in quem incidi, ordinem exhibere: qui et magnas lites ſolvit.

Et circùm pictis vehitur ſua rura phaſelis;
Quàque pharetratæ vicinia Perſidis urget;
Et diverſa ruens ſeptem diſcurrit in ora
Uſque coloratis amnis devexus ab Indis,
Et viridem Ægyptum nigrâ fæcundat arenâ;

et fortaſsè non ſine multâ loci utilitate verſ. 290. *Quàque pharetratæ*—poſtremus omnium veniret.

Et

Et viridem Ægyptum nigrâ fœcundat arenâ,
Et diverſa ruens ſeptem diſcurrit in ora
Uſque coloratis amnis devexus ab Indis;
Omnis in hâc certam regio jacit arte ſalutem. 294
Exiguus primùm atque ipſos contractus ad uſus,
Eligitur locus: hunc anguſtíque imbrice tecti
Parietibúſque premunt arctis; et quatuor addunt
Quatuor à ventis obliquâ luce feneſtras.
Tum vitulus, bimâ curvans jam cornua fronte,
Quæritur: huic geminæ nares, et ſpiritus oris 300

V. 291. nigrâ:—i. e. *fertili:* undè et ipſa *Ægyptus* vocabatur μελαμβωλος. Tale ſolum grandiori voce, ut ſolet, vocat *Pindarus*—κελαινεφεα πεδια—Pyth. iv. 93. de quâ voce ſtrenuè nugatur *Scholiaſtes*; et μελαινας αρουρας—Nem. xi. 50. undè Heſych. in Μελαιναν, βαθειαν—et ſimilibus, fortaſsè reſpicit γην: idem enim eſt βαθυγειος αρουρα, et μελαινα αρουρα. Βαθυχθον' αιαν—habet *Æſchylus* Sept. Theb. p. 77. Ed. Canteri. Hinc *D. Matthæus:* Ευθεως εξανετειλε, δια το μη εχειν ΒΑΘΟΣ ΓΗΣ: xiii. 5 quam terram vocat λεπτογεων—Thuc. i. 2. undè mihi videntur Schol. et *Suidas* malè intelligere χθονος στερνουχου—Soph. Œd. Col. 722. per quas voces poëta vult, opinor, *terram aptum pectus habentem:*—i. e. *profundum et pingue ſolum.* Vide Eur. Phæn. 651. Androm. 637. et ad utrumque locum *Scholia.* Hinc denique rectè intelligit *Tzetzes* locum *Lycophronis* v. 119.

——————— εις επακτιαν
Τριτωνος εκβολαισιν ηλοκισμενην:

profundos ſulcos habentem: cujus notam conſulat lector.

V. 299. Hic in mentem veniunt quidam *Meleagri* verſus Anthol. *Brunck* cx:

Εργα δε τεχνηεντα ΒΟΗΓΕΝΕΕΣΣΙ μελισσαις
Καλα μελει· και σιμβλῳ εφημεναι εργαζονται
Λευκα πολυτρητοιο νεορρυτα καλλεα κηρου:

quorum poſtremus nemini, opinor, qui in his rebus judicium habet, poteſt placere. Noſtras conjecturas intereà, dum quidam peritior felicius ingenium exercuerit, quid vetat et noſmet proponere?

Λευκα πολυτρητοιο ΜΕΛΙΡΡΥΤΟΥ ΑΓΓΕΑ κηρου:

incredibile enim eſt illum *mellis* non feciſſe mentionem. Σιμβλῳ

Multa reluctanti obſuitur; plagíſque perempto
Tunſa per integram ſolvuntur viſcera pellem.
Sic poſitum in clauſo linquunt; et ramea coſtis
Subjiciunt fragmenta, thymum, caſiáſque recentes.
Hoc geritur, Zephyris primùm impellentibus undas,
Antè nobis rubeant quàm prata coloribus, antè 306
Garrula quàm tignis nidum ſuſpendat hirundo.
Intereà teneris tepefactus in oſſibus humor
Æſtuat; et viſenda modis animalia miris,
Trunca pedum primò, mox et ſtridentia pennis 310
Miſcentur, tenuémque magìs magìs aëra carpunt:
Donèc, ut æſtivis effuſus nubibus imber,
Erupêre; aut ut nervo pulſante ſagittæ,
Prima leves ineunt ſi quandò prælia Parthi. 314
Quis Deus hanc, Muſæ, quis nobis extudit artem?
Undè nova ingreſſus hominum experientia cepit?
Paſtor Ariſtæus, fugiens Peneïa Tempe
Amiſſis, ut fama, apibus morbóque faméque,
Triſtis ad extremi ſacrum caput aſtitit amnis, 319
Multa querens; atque hâc affatus voce parentem:
'Mater Cyrene! mater! quæ gurgitis hujus
'Ima tenes; quid me præclarâ ſtirpe Deorum

autèm ἐφήμεναι — *alveari aſſidentes* — eſt *alveari diligentèr operam dantes.*

V. 301. obſuitur: vide *Heinſium* ad Ov. Faſt. ii. 578.

V. 321. Pulchrior fortaſsè foret diſtinctio:

Mater! Cyrene mater!

ut ſolet fieri ad Æn. viii. 71.

Nymphæ! Laurentes nymphæ!

V. 322. Specioſiſſima hæc *Ariſtæi* conqueſtio quædam videtur *Callimacho* debere:

Ψευδοπατωρ, ιδε τονδε τεȣ τριτον· ειπερ εγω μεν
Σευ τε και Αιολιδ⊗ Κανακης γεν⊗, αυταρ εμειο
Τȣτο το δειλαιον γεινετο βρεφ⊗: Hym. Cer. 99.

'(Si-

‘ (Si modò, quem perhibes, pater eſt Thymbræus Apollo)
‘ Inviſum fatis genuiſti? aut quò tibi noſtri
‘ Pulſus amor? quid me cœlum ſperare jubebas?
‘ En etiàm hunc ipſum vitæ mortalis honorem,
‘ Quem mihi vix frugum et pecudum cuſtodia ſolers
‘ Omnia tentanti extuderat, te matre, relinquo.
‘ Quin age, et ipſa manu felices erue ſylvas;
‘ Fer ſtabulis inimicum ignem, atque interfice meſſes:
‘ Ure ſata, et validam in vites molire bipennem:
‘ Tanta meæ ſi te ceperunt tædia laudis.’
At mater ſonitum thalamo ſub fluminis alti
Senſit: eam circum Mileſia vellera Nymphæ
Carpebant, hyali ſaturo fucata colore;
Drymóque, Xanthóque, Ligeáque, Phyllodocéque,
Cæſariem effuſæ nitidam per candida colla:
Neſæe, Spióque, Thaliáque, Cymodocéque,
Cydippéque, et flava Lycorias; altera virgo,
Altera tum primos Lucinæ experta labores:
Clióque, et Beroë ſoror; Oceanitides ambæ,
Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ;
Atque Ephyre, atque Opis, et Aſia Deïopeia:
Et tandèm poſitis velox Arethuſa ſagittis.
Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Vulcani, Martiſque dolos, et dulcia furta;

ubi malè omnes quos vidi interpretes: Siquidem ego *tuus filius* ——*ſed enim meus*: repeti ſe poſtulat ειπερ ad utrumque membrum ſententiæ: *Si modò ſim ego tuus filius* —— *et ſi ille viciſſim ſit meus*. Similitèr Ap. Rhod. ii. 236.

V. 324. Multo meliùs exularet το *aut*: concitatis enim *Ariſtæi* affectibus copulæ non conveniunt; et frangunt impediuntque orationem.

Το παθος υπο των συνδεσμων και των αλλων προσθηκων εμποδιζομενον αγανακτει· την γαρ ελευθεριαν ΑΠΟΛΛΥΕΙ του δρομου, και το ὡς απ᾽ οργανου τινος αφιεσθαι: Longin. de Subl. xxi.

Sic enim leviſſimâ mutatione locum lego, ut longè duriſſima atque maximè invenuſta conſtructio evitetur. Sic dixit *D. Matthæus*: Ου μη ΑΠΟΛΕΣΗι τον μισθον αυτου: x. 42. et alii paſſim.

Aque

Aque Chao denſos Divûm numerabat amores.
Carmine quo captæ, dum fuſis mollia penſa
Devolvunt, iterùm maternas impulit aures
Luctus Ariſtæi, vitreíſque ſedilibus omnes
Obſtupuêre: ſed ante alias Arethuſa ſorores
Proſpiciens, ſummâ flavum caput extulit undâ.
Et procùl: ‘ O gemitu non fruſtrà exterrita tanto,
‘ Cyrene ſoror; ipſe tibi, tua maxima cura,
‘ Triſtis Ariſtæus, Penei genitoris ad undam
‘ Stat lacrymans, et te crudelem nomine dicit.’
Huic perculſa novâ mentem formidine mater;
‘ Duc age, duc ad nos: fas illi limina Divûm
‘ Tangere,’ ait: ſimùl alta jubet diſcedere latè
Flumina, quà juvenis greſſus inferret: at illum
Curvata in montis faciem circumſtetit unda
Accepítque ſinu vaſto, misítque ſub amnem.
  Jámque domum mirans genitricis et humida regna,
Speluncíſque lacus clauſos, lucóſque ſonantes,
Ibat; et ingenti motu ſtupefactus aquarum
Omnia ſub magnâ labentia flumina terrâ

V. 352. Proſpiciens. Nihil facit hæc vox ad loci ſcopum, cum et *aliæ* nymphæ non minùs *proſpicere* potuiſſent; nec oculos, quod ſciam, præ ſororibus acutiores habuerit *Arethuſa.* Statim vidi à *Virgilii* manu alitèr veniſſe:

——————*ſed antè alias Arethuſa ſorores*
PROSILIENS, *ſummâ flavum caput extulit undâ.*

hoc et juſtum eſt et perſonæ convenit VELOCIS *Arethuſæ.*
V. 352. flavum. Ità rectè plerique codices.

——————φοινισσομεναν
Αιματι παρθενον, εκ χρυσοφορυ
Δειρης νασμῳ μελαναυγει: Eur. Hec. 152.

ubi vide an non reponendum ſit ΧΡΥΣΟΚΟΜΟΥ δειρης.
V. 361. curvata: — i. e. *ſeſe curvans.*
V. 366. Sempèr equidèm hortator fui, ut *a* longum in caſu *ablativo primæ declinationis* latiore ſono ederetur; ut nos *Angli*

Specta-

Spectabat diverſa locis; Phaſímque, Lycúmque,
Et caput, undè altus primùm ſe erumpit Enipeus,
Undè pater Tiberinus, et unde Aniena fluenta,
Saxoſúmque ſonans Hypanis, Myſúſque Caïcus,
Et gemina auratus taurino cornua vultu
Eridanus; quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.
  Poſtquàm eſt in thalami pendentia pumice tecta
Perventum; et nati fletus cognovit inanes
Cyrene; manibus liquidos dant ordine fontes
Germanæ, tonſíſque ferunt mantilia villis:
Pars epulis onerant menſas, et plena reponunt
Pocula; Panchæis adoleſcunt ignibus aræ.
Et mater: ‘ Cape Mæonii carcheſia Bacchi:
‘ Oceano libemus,’ ait. Simul ipſa precatur
Oceanúmque patrem rerum, Nympháſque ſorores,

in vocibus — *Barn* — *Star*, &c. quod nî hic fiat, verſus corrumpetur peſſimâ μονοτονιᾳ.

V. 370. Saxoſumque ſonans Hypanis. Sic vocavit fluvium *Callimachus* πολυστιον in loco nobis non negligendo:

> Πολλα δε Καρνιωνος ανω, διερȣ περ εοντος,
> Ιλυȣς εϐαλοντο κινωπετα· νισσετο δ᾽ ανηρ
> Πεζος ὑπερ Κραθιν τε ΠΟΛΥΣΤΙΟΝ τε Μετωπην,
> Διψαλεος, ΟΤΕ πολλον ὑδωρ ὑπο ποσσιν εκειτο: H. J. 24.

ſic repoſuimus: *Sitibundus*, DUM *intereà multa aquæ copia* ——

Nec poſſum non exſcribere, quæ refert optimus *Brunck* ad locum:

“ Ιλυȣς εϐαλοντο: loquendi forma, quæ doctiſſimo Valckenaer ad Theoc. Adoniaz. p. 250. græca eſſe non videtur.”

Quæ declaratio mihi duo probat: Nos ſcilicèt cæcutientes homunculos interdùm longiùs videre quàm viri vel maximè oculati: Et duos viros doctiſſimos, eum nempè, qui talia dicere potuerit, et eum, qui talia dicentem auſcultare, non cognoviſſe plenam vim atque omnes elegantias vocis mediæ *Græcorum*. Vide nos iii. 116. 219. et i 300.

Ιλυȣς εϐαλοντο — SIBI *luſtra* PONEBANT. Non potuit loqui aut *Callimachus*, aut alius quiſquam, mihi crede, elegantiùs.

Cen-

Centum quæ ſylvas, centum quæ flumina ſervant.
Ter liquido ardentem perfudit nectare Veſtam:
Ter flamma ad ſummum tecti ſubjecta reluxit.
 Omine quo firmans animum, ſic incipit ipſa:
‘ Eſt in Carpathio Neptuni gurgite vates,
‘ Cæruleus Proteus; magnum qui piſcibus æquor,
‘ Et juncto bipedum curru metitur equorum.
‘ Hic nunc Emathiæ portus, patriámque reviſit
‘ Pallenen: hunc et nymphæ veneramur, et ipſe
‘ Grandævus Nereus: novit namque omnia vates,
‘ Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.
‘ Quippè ità Neptuno viſum eſt; immania cujus
‘ Armenta, et turpes paſcit ſub gurgite phocas.
‘ Hic tibi, nate, priùs vinclîs capiendus, ut omnem
‘ Expediat morbi cauſam, eventúſque ſecundet.
‘ Nam ſine vi non ulla dabit præcepta, neque illum
‘ Orando flectes: vim duram et vincula capto
‘ Tende: doli circum hæc demum frangentur inanes.
‘ Ipſa ego te, medios cùm ſol accenderit æſtus
‘ Cùm ſitiunt herbæ, et pecori jam gratior umbra eſt,
‘ In ſecreta ſenis ducam, quò, feſſus ab undis,
‘ Se recipit; facilè ut ſomno aggrediare jacentem.
‘ Verùm ubi correptum manibus, vinclíſque tenebis;
‘ Tum variæ illudent ſpecies, atque ora ferarum.
‘ Fiet enim ſubitò ſus horridus, atráque tigris,
‘ Squamoſúſque draco, et fulvâ cervice leæna:

V. 396. vinc'lis capiendus: imò *manibus* fuit *capiendus*, et tum demùm *vinc'lis* tenendus. *Vincula* CAPTO *tende:* v. 399. Elegantèr, et etiàm verè, ni fallor, *Græco* more poſſis legere:

Hic tibi, nate, prius vinc'lis JACIENDUS. ——

cui multæ ſunt in utrâque linguâ cognatæ locutiones: ſufficiat igitùr lectorem ad Pind. Pyth. viii. 80. amandare.

V. 403. quò, feſſus ab undis, ſe recipit. Ità mihi videor rectè diſtinguere: v. verſ. 389. Sic *Horatius: laſſus* AB *equo.*

V. 406. illudent. Ità omninò legi debet cum plus uno codice. Altera lectio ſenſum habet menti poëtæ contrarium.

‘ Aut acrem flammæ ſonitum dabit, atque ità vinclîs
‘ Excidet, aut in aquas tenues dilapſus abibit.
‘ Sed quantò ille magìs formas ſe vertet in omnes;
‘ Tantò, nate, magìs contende tenacia vincla:
‘ Donèc talis erit, mutato corpore, qualem
‘ Videris, incepto tegeret cùm lumina ſomno.’ 414
Hæc ait, et liquidum ambroſiæ diffudit odorem,
Quo totum nati corpus perduxit; at illi
Dulcis compoſitis ſpiravit crinibus aura,
Atque habilis membris venit vigor. Eſt ſpecus ingens

V. 413. mutato corpore:—“ poſt omnes corporis mutationes.”

V. 414. incepto ſomno. Hinc, neglectis aliorum conjecturis, optimè edidit *Brunck* in Epig. 3tio. *Theocriti*, ut et ipſe emendaveram:

Φευγε, μεθεις ΥΠΝΟΥ κωμα ΚΑΤΑΡΧΟΜΕΝΟΝ.

ſic *Philodemi* Epig. xiii. πυρ αρτι καταρχομενον.

Sed jam ſerò vidi hanc emendationem *Toupio* deberi, et eodem loco *Philodemi* eſſe confirmatam.

V. 417. aura: Quæ eſt id vel *odoris* vel *lucis*, quod à corporibus emittitur. Ut dixit *Lucretius*—*olivi* AURAM, et noſter *Maro*—*auri* AURAM; ſic pulcherrimâ tranſlatione *Horatius* de *virgine*:

——————*tua ne retardet*
AURA *maritos.*

Et longè omnium feliciſſimè hâc figurâ uſus eſt noſter *Popius*, cujus verba nequeo mihi temperare quin apponam, cum ſint ſuaviſſima paritèr, et pleniſſima majeſtatis; imò penè divina.

My Fancy form'd thee of angelic Kind;
Some EMANATION *of the all-beauteous Mind.*

A quodam juvene (mihi quondàm, dum *Cantabrigiæ* commoraremur, amiciſſimo) audivi, doctiſſimum *Foſterum*, ſcholæ *Etonenſis* dudùm *archididaſcalum*, legere voluiſſe:

————*tua ne* RETARDENT
ORA *maritos.*

ingeniosè quidèm, ſed nollem factum: hoc enim eſt *nebulam candidis ſtellis ſpargere.*

Exeſi

Exeſi latere in montis; quò plurima vento
Cogitur, ínque ſinus ſcindit ſeſe unda reductos;
Deprênſis olim ſtatio tutiſſima nautis:
Intus ſe vaſti Proteus tegit objice ſaxi:
Hic juvenem in latebris averſum à lumine Nympha
Collocat, ipſa procùl nebulis obſcura reſiſtit.
Jam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos
Ardebat cœlo, et medium ſol igneus orbem
Hauſerat: arebant herbæ, et cava flumina, ſiccis
Faucibus, ad limum radii tepefacta coquebant;
Cùm Proteus conſueta petens è fluctibus antra
Ibat: eum vaſti circum gens humida ponti
Exultans rorem latè diſpergit amarum.
Sternunt ſe ſomno diverſæ in litore phocæ.
Ipſe (velùt ſtabuli cuſtos in montibus olim,
Veſper ubi è paſtu vitulos ad tecta reducit,
Auditíque lupos acuunt balatibus agni)
Conſidit ſcopulo medius, numerúmque recenſet.
  Cujus Ariſtæo quoniàm eſt oblata facultas;
Vix defeſſa ſenem paſſus componere membra,
Cum clamore ruit magno, manicíſque jacentem
Occupat. Ille ſuæ contrà non immemor artis,
Omnia transformat ſeſe in miracula rerum
Ignémque horribilemque feram, fluviumque liquentem.
Verùm ubi nulla fugam reperit fallacia, victus
In ſeſe redit, atque hominis tandem ore locutus:

Inter *Græcos* etiàm, ut *Pindarus* dixit ανθεμα χρυσου — ità venuſtiſſimè Ariſtoph. Theſm. 1121. Ed. *Brunck* de *unguentis:*

Τα δ' αλλ' ΑΠΑΝΘΗΣΑΝΤΑ παντ' απεπτατο.

Horatium ſequitur *Propertius* ii. xxvii. 15.

Si modò clamantis revocaverit AURA PUELLÆ.

Similitèr *Flaccus* — *Glyceræ* NITOR: et *Euripides* — αγλαεντα σωματα — Androm. 285. Vide Hom. H. Cer. v. 275.

V. 420. ſcindit ſeſe. *Mediam vocem* maluit Æn. ii. 39.

SCINDITUR *incertum ſtudia in contraria vulgus.*

‘ Nam

‘ Nam quis te, juvenum confidentiſſime, noſtras 445
‘ Juſſit adire domos? quídve hinc petis?’ inquit. At ille,
‘ Scis, Proteu, ſcis ipſe; neque eſt te fallere cuiquam.
‘ Sed tu deſine velle: Deûm præcepta ſecuti
‘ Venimus, hinc lapſis quæſitum oracula rebus.’ 449
Tantùm effatus. Ad hæc vates vi denique multâ
Ardentes oculos intorſit lumine glauco;
Et gravitèr frendens, ſic fatis ora reſolvit:
‘ Non te nullius exercent numinis iræ;
‘ Magna luis commiſſa: tibi has miſerabilis Orpheus,
‘ Haudquaquam ob meritum pœnas (nî fata reſiſtant)
‘ Suſcitat, et raptâ gravitèr pro conjuge ſævit. 456

V. 445. Nam quis. “Id eſt, quiſnam:” *Servius.* Malè; at hunc errorem poſt eum alii ſæpè erraverunt. Locutio eſt tam *Græcis* quàm *Latinis* familiaris, potiſſimùm in *irâ* vel aliquo alio vehemente *affectu* cum *feſtinatione* exprimendo. Vide Schol. ad Soph. Aj. 101.

> Ευγ᾽ ω τεκνον· τινος ΓΑΡ ωδε τον μεγαν
> Χολον κατ᾽ αυτων εγκαλων εληλυθας; Soph. Phil. 339.

ubi *Heathius* inconſideratè nimis reponere vult γ᾽ αρ᾽.——
Quinetiàm, eſt ubi ſic ſe res habeat, quamvis nulla ſit interrogatio: Sic in Ap. Rhod. i. 333.

> Αλλα ΓΑΡ οσσα ΓΕ νηι εφοπλισασθαι εοικεν,
> Παντα ΜΕΝ ευ κατα κοσμον επαρτεα κειται ιουσιν.

ità enim ſcribendus eſt et tranſpoſitione ſublevandus iſte locus.
Hinc etiàm fortaſsè ſine causâ *Whartonus* queritur de Theoc. xvi. 5. quem tamèn ſequitur *Brunckius.* Si quid mutandum foret, ad *Homeri* normam ſub initio *Iliadis* reſcribendum potiùs judicarem: Τις Τ᾽ΑΡ των οποσοι——. Nec dubito, quin hinc corrigendus ſit *Callimachus:* locus enim, ut nunc ſtat, harum rerum peritioribus neutiquàm placebit. Ità reſcribi juſſerim:

> Πως ΓΑΡ νιν, Δικταιον αεισομεν, ηε Λυκαιον; H. Jov. 4.

V. 455. Haudquaquàm ob meritum pœnas: i. e. “non tales quales mereris; nam ejus uxori cauſa mortis fuiſti. Inferret autèm digna ſupplicia, niſi fata prohiberent.” *Servius.*—Quæ ſcilicèt vera eſt loci interpretatio, eamque ideò protulimus, quòd *Martynus* et alii fruges glandibus ſtultè poſthabuerint.

‘ Illa

'Illa quidèm, dum te fugeret per flumina præceps,
'Immanem ante pedes hydrum moritura puella
'Servantem ripas altâ non vidit in herbâ.
'At chorus æqualis Dryadum clamore ſupremos
'Implêrunt montes: flêrunt Rhodopeïæ arces,
'Altáque Pangæa, et Rheſi Mavortia tellus,
'Atque Getæ, atque Hebrus, atque Actias Orithyia.
'Ipſe cavâ ſolans ægrum teſtudine amorem,
'Te dulcis conjux, te ſolo in litore ſecum,
'Te veniente die, te decedente canebat.
'Tænarias etiàm fauces, alta oſtia Ditis,
'Et caligantem nigrâ formidine lucum
'Ingreſſus, Manéſque adiît regémque tremendum,
'Neſciáque humanis precibus manſueſcere corda.
'At cantu commotæ Erebi de ſedibus imis
'Umbræ ibant tenues, ſimulacráque luce carentûm:

V. 457. per flumina. Olim mecum dicebam, Quid ſibi vult *per flumina?* certè enim nollet intelligi poëta *Eurydicen per media flumina*, quæ et illam et *Ariſtæum* obruiſſent, fugam præcipitâſſe: itaque conjiciebam—*per* GRAMINA ut infrà—*altâ non vidit in* HERBA: et *Ovidius* de eâdem re. Met. x. 8. *per* HERBAS. Sed hujuſce conjecturæ jam me pœnitet; et *το per* idem velle arbitror quod *Græcorum* *παρα*—*præter*; quamvis exemplum ſimile memoriam meam non ſtatim incurſat. Quibus otium eſt indicibus excutiendis de hoc videant; nobis in tuto eſſe videtur *Virgilii* locus.

V. 465. Pulcherrima repetitio vocis *te:* quam venuſtatem aliquâ ex parte habet *Theocritus*, Id. i. 19.

——ΤΥ γαρ δη, Θυρσι, τα Δαφνιδος αλγεα ειδες,
Και τας βωκολικας επι ΤΥ πλεον ἱκεο μωσας:

ſic enim legendus eſt iſte locus, neque hic tolerari poteſt articulus το πλεον: ita etiàm ſolent optimi ſcriptores.

Ipſe Theoc. iii. 47.

—————— επι ΠΛΕΟΝ αγαγε λυσσας

Ου προκοψουσιν επι ΠΛΕΙΟΝ: 2 Tim. iii. 9. et ità 1 Eſd. ii. 29. Prolog. ad Sap. Sirach. Eur. Rheſ. 946. et paſſim omnes alii.

Im-

‘ Quàm multa in ſylvis avium ſe millia condunt,
‘ Veſper ubi, aut hybernus agit de montibus imber;
‘ Matres, atque viri, defunctáque corpora vitâ
‘ Magnanimûm heroum, pueri, innuptæque puellæ,
‘ Impoſitíque rogis juvenes ante ora parentum.
‘ Quos circum limus niger, et deformis arundo
‘ Cocyti, tardâque palus inamabilis undâ
‘ Alligat, et novies Styx interfuſa coërcet.
‘ Quin ipſæ ſtupuêre domus atque intima lethi
‘ Tartara, cæruleoſque implexæ crinibus angues
‘ Eumenides; tenuitque inhians tria Cerberus ora;
‘ Atque Ixionii vento rota conſtitit orbis.
‘ Jamque pedem referens, caſus evaſerat omnes;
‘ Redditáque Euridice ſuperas veniebat ad auras,
‘ Ponè ſequens; (namque hanc dederat Proſerpina legem)
‘ Cùm ſubita incautum dementia cepit amantem;
‘ (Ignoſcenda quidem, ſcirent ſi ignoſcere Manes)
‘ Reſtitit; Eurydicénque ſuam jam luce ſub ipsâ,
‘ Immemor heu! victúſque animi, reſpexit: ibi omnis
‘ Effuſus labor, atque immitis rupta tyranni
‘ Fœdera; térque fragor ſtagnis auditus Avernis.
‘ Illa: “ Quis et me, inquit, miſeram, et te perdidit, Orpheu?
“ Quis tantus furor; en iterùm crudelia retrò
“ Fata vocant, conditque natantia lumina ſomnus.
“ Jámque vale: feror ingenti circumdata nocte,
“ Invalidáſque tibi tendens, heu! non tua, palmas.”
‘ Dixit, et ex oculis ſubitò, ceu fumus in auras
‘ Commixtus tenues, fugit diverſa; neque illum
‘ Prenſantem nequicquàm umbras, et multa volentem
‘ Dicere, prætereà, vidit; nec portitor Orci

V. 484. vento. Nunquàm amavi hanc vocem; ideòque dudùm conjeceram reponendum eſſe CANTU pro *vento:* quam conjecturam poſteà didici codicibus aliquot, teſte *Pierio*, confirmatam eſſe.

‘ Ampliùs objectam paſſus tranſire paludem.
‘ Quid faceret? quò ſe raptâ bis conjuge ferret?
‘ Quo fletu Manes, quâ numina voce moveret?
‘ Illa quidèm Stygiâ nabat jam frigida cymbâ.
‘ Septem illum totos perhibent ex ordine menſes
‘ Rupe ſub aëriâ, deſerti ad Strymonis undam
‘ Fleviſſe, et gelidis hæc evolviſſe ſub aſtris,
‘ Mulcentem tigres, et agentem carmine quercus.
‘ Qualis populeâ mœrens Philomela ſub umbrâ
‘ Amiſſos queritur fœtus, quos durus arator
‘ Obſervans nido implumes detraxit; at illa
‘ Flet noctem, ramóque ſedens miſerabile carmen
‘ Integrat, et mœſtis latè loca queſtibus implet.
‘ Nulla Venus, nullíque animum flexêre hymenæi.
‘ Solus Hyperboreas glàcies, Tanaïmque nivalem,
‘ Arváque Riphæis nunquam viduata pruinis

V. 501. prenſantem nequicquàm umbras: ſic Æn. ii. 405.

Ad cœlum TENDENS *ardentia lumina* FRUSTRA:

undè *Callimachus* meliori diſtinctione ſublevandus eſt, ex quâ fit etiàm verſus longè numeroſior:

——————— ἡνικα πηχεις
Αμφοτερυς ορεγυσα ματην, εφθεγξατο τοια: H. Del. 107.

V. 509. aſtris. Lectionem ſequor *Romani* codicis et aliorum longè meliorem. Sic *Horatius: ſub Jove frigido.*

V. 511. Hic locus in mentem vocat verſus quoſdam *Callimachi*, quos ſic emendandos eſſe putaverim:

Α μεν ΕΝ αμφοτεραισι φιλον περι παιδα λαβοισα
Ματηρ ΕΚ γοερων οιτον αηδονιδων
Αγε, βαρυ κλαιυσα: Lav. Pall. 93.

Poſteà vidi quæ dixit clariſſimus *Brunck* ad hunc locum.

Ipſe quidèm tam violentam vim non probo, ubi tranquillâ res poteſt peragi: οιτον porrò in οικτον ſine ratione et utilitate mutat vir præſtantiſſimus.

V. 517. ſolus: ſcilicèt *ſine conjuge:* ut Eurip. Iph. Aul. 77.

——— ὁ δε καθ᾽ Ελλαδ᾽ οιστρησας ΜΟΝΟΣ
Ορκυς παλαιυς Τυνδαρεω μαρτυρεται.

Luſtra-

‘ Luſtrabat; raptam Eurydicen, atque irríta Ditis
‘ Dona querens: ſpreto Ciconum quo munere matres,
‘ Inter ſacra Deûm, nocturníque orgia Bacchi,
‘ Diſcerptum latos juvenem ſparsêre per agros.
‘ Tum quoque marmoreâ caput à cervice revulſum
‘ Gurgite cùm medio portans Œagrius Hebrus
‘ Volveret, Eurydicen vox ipſa et frigida lingua,
‘ Ah miſeram Eurydicen, animâ fugiente, vocabat:
‘ Eurydicen toto referebant flumine ripæ.’
Hæc Proteus: et ſe jactu dedit æquor in altum;
Quáque dedit, ſpumantem undam ſub vertice torſit.
At non Cyrene: namque ultrò affata timentem;
‘ Nate, licet triſtes animo deponere curas.
‘ Hæc omnis morbi cauſa: hinc miſerabile Nymphæ,
‘ Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,
‘ Exitium misêre apibus. Tu munera ſupplex
‘ Tende petens pacem, et faciles venerare Napæas.
‘ Namque dabunt veniam votis, iráſque remittent.
‘ Sed modus orandi qui ſit, priùs ordine dicam.
‘ Quatuor eximios præſtanti corpore tauros,
‘ Qui tibi nunc viridis depaſcunt ſumma Lycæi,
‘ Delige, et intactâ totidèm cervice juvencas.

atque ità benè interpretatur *Barneſius*, quem nimis et immeritò critici ſolent faſtidire. Faceſſant igitùr μενος et μογῳ—inficetæ *Duporti* et *Muſgravii* conjecturæ. Jam video feliciùs rem adminiſtrâſſe *Toupium* ad Theoc. xv. 98. Litem dijudicet lector.

Noſtram interpretationem illuſtrabit ſequens epigramma:

Νικοπολιν Μαραθωνις εθηκατο τηδ' ενι πετρη,
Ομβρησας δακρυοις λαρνακα μαρμαρεην·
Αλλ' ουδεν πλεον εσχε· τι γαρ πλεον ανερι κηδευς
ΜΟΥΝΩι ὑπερ γαιης, οιχομενης αλοχου;

V. 525. Malè hæc mihi videntur conjuncta—vox et *lingua*: imò et ipſa ratio et loci ſcopus aliud omninò poſtulant, quod ipſe deprehendi, nec lectoris judicio committere formidabo:

—— *Eurydicen* FAUX *ipſa et frigida* LINGUA.

‘ Quatuor his aras alta ad delubra Dearum
‘ Conſtitue, et ſacrum jugulis demitte cruorem;
‘ Corporáque ipſa boum frondoſo deſere luco.
‘ Poſt, ubi nona ſuos aurora oſtenderit ortus,
‘ Inferias Orphei lethæa papavera mittes,
‘ Placatam Eurydicen vitulâ venerabere cæsâ,
‘ Et nigram mactabis ovem, lucúmque reviſes.’
Haud mora, continuò matris præcepta faceſſit;
Ad delubra venit, monſtratas excitat aras:
Quatuor eximios præſtanti corpore tauros
Ducit, et intactâ totidèm cervice juvencas.
Poſt, ubi nona ſuos aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei mittit, lucúmque reviſit.
Hìc verò ſubitum ac dictu mirabile monſtrum
Aſpiciunt; liquefacta boum per viſcera toto
Stridere apes utero, et ruptis effervere coſtis,
Immensáſque trahi nubes; jamque arbore ſummâ
Confluere, et lentis uvam demittere ramis.
Hæc ſuper arvorum cultu pecorúmque canebam
Et ſuper arboribus, Cæſar dum magnus ad altum
Fulminat Euphratem bello, victórque volentes
Per populos dat jura, viámque affectat Olympo.
Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, ſtudiis florentem ignobilis otî:
Carmina qui luſi paſtorum; audaxque juventâ,
Tityre, te patulæ cecini ſub tegmine fagi.

V. 548. *Continuò* non videtur hic velle *ſtatim*, cum præceſſerit — *haud mora*; ſed quaſi dixerat poëta — “ *rem peragit, eum tenens ordinem, quem mater præceperat.*”

INDEX AUCTORUM,

QUI IN HIS NOTIS

EXPLICANTUR, EMENDANTUR, ET NOTANTUR.

ÆSCHYLUS ad lib. iii. 83.
Anacreon i. 4. iv. 54. 134.
Anonymus criticus laud. ii. 168.
Anthologia Græca i. 71. 249. ii. 80. 146. iii. 83. 87. 147. 219. 240. 430. iv. 54. 111. 128. 169. 206. 275. 299.
Apollonius Rhodius iv. 54. 445.
Aulus Gellius — not. i. 203.
Barneſius laud. iv. 517.
Bentleius laud. i. 126. 462. not. ii. 460. 511. iii. 30. 116. iv. 137.
Bion i. 190. 300. ii. 465.
Brewſterus laud. i. 403.
Brunckius laud. i. 71. not. 399. laud. iii. 83. 260. 430. not. iii. 240. iv. 370. laud. 414. not. 511.
Callimachus i. 71. 234. ii. 19. 95. iii. 147. 245. 260. 538. iv. 322. 370. 445. 501. 511.
Cerda not. iii. 200.
Cicero ii. 288. iii. 526.
Clarkius not. i. 482.
Daweſius Ricardus not. ii. 19.
Demoſthenes i. 200. ii. 33. iii. 430.
Duportus not. iv. 517.
Editor Delph. not. i. 387.
Eſaias propheta iii. 219.
Euripides i. 71. 138. iii. 143. 219. 424. 500. 518. iv. 22. 181. 352.
Foſterus laud. iv. 417.
Heathius Benj. laud. iii. 243. not. iv. 445.
Heinſius Dan. laud. iii. 260.
Heſiodus i. 300. iii. 495.
Heſkin not. i. 190.
Heſychius i. 211. iii. 495. iv. 216.
Homerus i. 71. 241. 381. iv. 137.
Horatius i. 295. 300. 416. ii. 8. 511. iii. 30. 87. 147. 538.
Hurd Ricardus laud. iii. 46.
Iſocrates ii. 33.
Jortinus laud. iv. 137.
Juvenalis. ii. 123.
Longinus i. 211. ii. 402. iii. 219. iv. 324.
Longus Paſt. i. 107. ii. 8. 33. 126. 526. iii. 88. 368. 376. 538.
Lowthius Robertus not iii. 219.
Lucas Apoſtolus ii. 95.
Lucretius i. 450. 494. iii. 363. iv. 54.
Martynus not. i. 44. 217. 288. 320. laud. ii. 172. not. 288. 290. iv. 455.
Menander i. 292. ii. 460.
Merrick J. laud. iii. 83.

Mil-

Miltonus iii. 219.
Moſchus iv. 137.
Muſgravius not. iii. 219. iv. 517.
Numerorum liber iii. 219.
Paulus Apoſtolus ii. 33. iii. 219. 260.
Phædrus ii. 382. iii. 116.
Pindarus i. 71. ii. 13. iv. 123.
Plato iv. 164.
Plautus ii. 33. iii. 147. 495.
Popius laud. iv. 417.
Propertius iii. 219.
Reiſkius i. 150.
Sophocles i. 71. iii. 243.
Statius ii. 382. iii. 475.
T. Faber not. i. 6.
Theocritus i. 127. 150. 168. 241. 399. ii. 8. 202. iii. 316. 538. iv. 123. 465.
Thucydides iv. 285.
Tibullus iv. 259.
Toupius not. i. 150. 211. 234. ii. 80. 402. iii. 260.
Tryphiodorus i. 88. 234. iii. 83. 148. 219. 538. iv. 54.
Tzetz. Chil. i. 341.
Valckenaer not. iv. 370.
Virgilius paſſim.
Watſonus Ricardus not. i. 367.
Whartonus not. i. 150. iv. 137.
Xenophon i. 211. ii. 460.

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED